










Urkundenbuch

des

Klosters Germerode,

verfasst von

Julius Schmincke,
Metropolitan zu Sontra.

Erstes Supplement

der

ZEITSCHRIFT

des

Vereins für hessische Geschichte und Landeskunde.

Neue Folge. — Band I. Heft 1.

Kassel.
Im Commissionsverlage von A. Freyschmidt.
1866.

Vorwort.

Es ist zwar schon eine grosse Anzahl der wichtigsten Urkunden unserer ältesten Landesgeschichte durch verschiedene Geschichtsforscher, namentlich durch den verdienstvollen H. B. Wenck, veröffentlicht worden, aber unendlich viel mehr liegt noch geborgen in den Archiven des Staates, der Gemeinden und der Familien und wartet darauf, ans Licht gezogen zu werden. Der Verein für hessische Geschichte und Landeskunde hat deshalb beschlossen, mit der neuen Folge seiner Zeitschrift eine Urkundensammlung zu verbinden, welche ebenfalls in Heften erscheinen und nach Vollendung eines jeden Bandes mit ausführlichen Registern versehen werden soll. Dem Unterzeichneten ist aber der willkommene Auftrag geworden, diese Sammlung mit dem Urkundenbuche des ehemaligen Prämonstratenser Nonnenklosters Germerode zu eröffnen; denn es schien am angemessensten, die Urkunden nach ihren inneren Beziehungen zusammenzustellen, damit jede Gruppe für sich ein mehr oder weniger geschlossenes Ganzes bilde. Die Urkunden dieses ersten Heftes liegen meiner „Geschichte des Klosters

Germerode", welche in der Zeitschrift *) unseres Vereins abgedruckt ist, zum Grunde und enthalten eine Menge Einzelheiten, welche nicht nur für die Geschichte des Bilsteiner Grafenhauses, der Orte des ehemaligen Bilsteiner Gerichts und der dort begüterten edlen Geschlechter von hoher Bedeutung sind, sondern auch über die Veränderungen des Grundbesitzes, über dessen Ertragsfähigkeit und Werth, über das damals übliche Gemäss und über die Geldverhältnisse jener Zeit wichtige Aufschlüsse gewähren.

Sämmtliche Urkunden, die ich hier gebe, sind den Originalen entnommen, welche grösstentheils in unseren Landesarchiven aufbewahrt werden und deren Aechtheit verbürgt ist; die wichtigsten sind wörtlich abgeschrieben, minderwichtige nur in Auszügen oder in Form von Regesten mitgetheilt. Auch ist noch ein Zinsregister des Klosters vom Jahre 1514, worin sämmtliche Gefälle verzeichnet sind, im Auszug mitgetheilt. Ausser diesem finden sich deren noch von 1484 und von 1517, doch ist das von 1514 das genaueste.

Wenn der Verein die erforderliche Unterstützung findet, wird das Urkundenbuch des Benedictiner Nonnenklosters Cornberg bald nachfolgen.

Sontra, am 26. September 1866.

Schmincke.

---

*) Band VII, S. 1—28.

1.

1187. 11. Oct. *Erzbischof Conrad von Mainz bestätigt dem Kloster Germerode das Privileg vom Papste Lucius.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Conradus dei gracia Sabinensis episcopus sancte maguntine sedis Archiepiscopus et apostolice sedis legatus . . . . ad preces idoneas dilecti in Christo filii Everhardi prepositi in sancte Marie in Germerode qui apud deum placens et homines, pro votis etiam honestis et piis tocius collegii vitam religionis ibidem ducentis, privilegium ipsis collatum a domino Lucio papa felicis memorie, cujus in christo conservum et cooperatorem nos esse cognoscimus, reverencia quam habemus non solum a sancta sede maguntina verum eciam auctoritate qua fungimur a sancta Romana ecclesia . . . confirmando dignum duximus roborare et sigilli nostri impressione munire. — —

(Nach einer sehr alten Abschrift, im Auszuge.)

2.

1195. 13. Kal. Jan. *Papst Cölestin III. bestätigt dem Kloster seine Besitzungen und die ihm vom Papste Lucius (II.) gewährten Privilegien.*

(Diese Urkunde, von der sich eine sehr alte Abschrift vorfindet, ist abgedruckt in Kuchenbecker's analecta hass. coll. IX. S. 148—152, jedoch mit unrichtiger Angabe der Jahreszahl und fehlerhafter Schreibung mehrerer Ortsnamen; s. meine Geschichte des Klosters Germerode in der Zeitschr. des Vereins für hess. Gesch. u. Landesk. VII. S. 1.)

3.

1226. *Graf Widekind von Bilstein verkauft dem Kloster Germerode Sibodenberg *).*

In nomine sancte et individue trinitatis. Widikindus comes in Bilstein universis . . salutem . . Noverint . . presentes et futuri . quod nos vendidimus ecclesie in

---

*) ausgegangenes Dorf zwischen Germerode und Bernsdorf, am Virbache gelegen.

Germarodhe pro XXVI marcis villam Sibodenberge que nobis hereditario jure pertinebat . ipsam villam et omnem ejusdem attinenciam que noster fuit ipsa et simili conivencia heredum nostrorum Erponis videlicet et Widikindi et Burchardi et Wickeri et Ottonis ecclesie memorate pro prescripta pecunia conferentes . advocatie nostre et proprietatis omnique jure quod in ipsa villa habebamus tam a nobis quam a filiis nostris ore et manu eidem ecclesie resignato . — Subscriptis testibus . . comite Wickero de Richenbach . domino Hermanno albo de cigenbergh . heimmerado de bomeneburgh et filio suo Conrado et Almaro . et Henrico . craz . Bodone . Burckhardo enteclen . Timone de Bomeneburgh . Erwino de Heringen . Eckehardo de cappele . Eckehardo de Elberichestorph et aliis quam pluribus . Acta sunt hec anno dominice incarnationis M.CC.XXVI indictione XIIII presidente sacrosancte Romane ecclesie Honorio papa . Regnante invictissimo Romano imperatore Friderico semper augusto. Gubernante Mogunt. ecclesiam Archiepiscopo Sifrido feliciter . Amen.

(Mit dem grossen herzförmigen Siegel Widekinds: 3 Beile.)

4.

1227. *Das Kloster Germerode übergiebt dem Eckehardus 2 Mansen in Bolstede* (bei Mühlhausen).

In nomine sancte etc. . . . Ego Ecbertus dei gracia prepositus totusque conventus in Germarodh universis . . . salutem. — Noverunt omnes . . quod nos duos mansus in Bolstede ecclesie nostre pertinentes Eckehardo militi et Bertradi uxori sue jure tali vendidimus et conditione, ut in bonis persolvant . . dimidiam marcam singulis annis in die beate Walburgis et dimidiam marcam in festo sancti Mychahelis. — Si vero contingit prefatum E. cum uxore sua viam ingredi universe carnis . . sine liberis . . eadem bona nobis permanebunt. — Presentes aderant Dudo et Hermannus sacerdotes in Bolstede . Reinhardus plebanus in Confunge . Conradus miles de Bugeredhe et Conradus filius suus . Thidericus et Hartmannus fratres dicti de Angere . Thidericus Camerere . Conradus scelehornt et filius suus Conradus . Berthogus et filius suus Berthogus . Gerardus cardinal . Conradus de Bolstede aliique. Acta sunt hec anno gracie MCCXXVII presidente sacrosancte sedi apostolice sanctissime domino Honorio papa III . guber-

nante sanctam Magunt. ecclesiam Sifrido venerabili Archiepiscopo . Regnante Romanorum imperatore invictissimo semper Augusto Friderico feliciter . amen.

(Mit dem alten grossen Conventssiegel in ovaler Form: Maria, in der Linken das Jesuskind, in der Rechten ein Kreuz.)

5.

1243. *Verzichtbrief des Grafen Widekind von Bilstein.*

Nos Widekindus comes de Bilsteyn omnibus hanc literam inspecturis salutem . . recognoscimus et . . protestamur quod propter diversa incomoda que ecclesie sancte marie in Germarode virginis ordinis premonstratensium per satellites sathane oriuntur et incumbunt dicte Ecclesie in bonis ejusdem subvenire cupientes de bona voluntate et communi consensu nostrorum heredum dedimus ac damus preposito qui pro tempore fuerit plenam et liberam facultatem eligendi tutorem ac defensorem . . qui absque nostra indignacione et heredum nostrorum dictam ecclesiam et omnia bona ejusdem ecclesie tam mobilia quam immobilia possessa et adhuc acquirenda libere proloqui et tueri valeat contradictione nostra et heredum nostrorum penitus quiescente renunciantes eciam omnibus juribus pro nobis et nostris successoribus si que ex jure sive a consuetudine in omnibus jurisdictionibus predicte ecclesie Germarode habuimus vel in posterum habere poterimus ab accidenti modo quocunque ita plane resignamus quod nos ac nostri officiati non petere nec participere nec aliquid disponere habeant in eisdem sed prepositus et ejus in hac parte servitores disponere debebunt et judicare tam judicium sanguinis quam alia omnia judicanda in bonis eorundem eciam si requirit sententiam capitalem hoc privilegio libertatis specialis liceat ipsis uti . . et ne aliquis successorum hanc nostram donacionem valeat infringere presens scriptum nostro sigillo dedimus communitum anno domini M . CC . XLIII kalendas mai.

(adhaeret sigillum.)

6.

1243. *Graf Widekind von Bilstein verkauft dem Kloster Germerode seine Rechte zu Bernsdorf.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Widekindus

comes de Bilstein . omnibus . . notum sit . . quod nos habita disceptacione aliquamdiu cum preposito et conventu in germarroth . super quadam minuta pensione de quibusdam bonis suis ville scilicet que dicitur Bernhardesdorp nobis annuatim persolvenda . eo quod in jurisdictionis nostre terminis qui nobis facta partitione cum fratribus nostris in partem sortis ceciderant esset sita . tandem fratrum nostrorum comitum . Erphonis scilicet Borchardi et Ottonis . nec non Mechthildis . uxoris nostre . cum omnibus liberis nostris . et omnium quorum intererat consentire . adhibito consilio et consensu . voluntarie et plenarie cessimus ab actione et quidquid juris in prefata videbamur habere receptis ab ecclesia et a preposito ejus domino Wernero sex argenti fertonibns . ipsis liberaliter et libere contulimus jure perpetuo possidendum . Ut autem hoc factum nostrum permaneat inconvulsum et nullus successorum nostrorum in posterum valeat infirmare presentem literam in testimonium conscribi fecimus . sigilli nostri quod nobis et prefatis nostris fratribus est commune cum ipsorum consensu munimine roboratam. Hujus rei testes sunt Gotfridus comes de Weigebach . Eggehardus de cappella . Nidungus de Sueuede . Olricus de nitewiteshusen . Sifridus de eschenewege . Conradus Wenzo. Acta sunt hec . anno dominice incarnacionis MCCXLIII. Indictione prima.

(Auf der Rückseite der Urkunde steht: litera jurisdictionis super Bernstorf.)

7.

1243. *Schenkungsbrief des Grafen Widekind v. Bilstein.*

Nos Comes Widekindus de Bilstein . omnibus . . salutem . Recognoscimus et . . protestamur . quod nos de bona voluntate et heredum nostrorum communi consensu ecclesie beate virginis in Germarode plenam damus facultatem, ut mansos . agros . curtes . aut alia bona qualiacunque que nunc et in posterum comparare potuerint ab hiis qui a nobis jure feodali tenuerunt, libere possideant et quiete. Et ne aliquis successorum nostrorum hoc factum valeat irritare literam presentem sigillo nostro duximus roborandum. Actum anno dominice incarnacionis M.CC.XLIII.

(adhaeret sigillum.)

8.

Schenkung Hartwigs von Waldesa an's Kloster Germerode.

(Ohne Jahreszahl, aber wahrscheinlich vom Jahr 1243, in welchem Propst Werner dem Kloster vorstand, s. Nr. 6.)

Wernherus dei gracia propositus in Germarott omnibus . . salutem . . Noverit universitas intuencium . quod Hartwycus de Waldesa . . Ecclesie nostre in Germarot IIII mansos in Rosthorp contulit ob memoriam sui in nostris oracionibus perpetuendam . contulit nichilominus et nobis unam patellam Salis in Sothen ea condicione . ut filia sua . que una nostrorum sororum nostri conventus est . pro tempus vite sue sibi vestimenta exinde proparet et anniversarium dicti . Har . sui patris perageret . ipsaque non diucius existente . dicta patella salis cum sua integritate ad nostre ecclesie proprietatem pertinebit. — Sigillo nostre ecclesie. —

(Das angehängte ovale grosse Conventssiegel ist der Abdruck eines sehr rohen und schlechten Stempels: Maria in sitzender Stellung mit dem Jesuskinde; Legende: S. ecclesie Marie in Germarrot).

9.

1253. *Abt Heinrich (IV.) von Fulda und Hersfeld spricht dem Kl. Germerode Güter in Schirrenhain*) zu.*

H. dei gracia Fuldensis et Hersveldensis Ecclesiarum abbas . Universis . . salutem in domino. Cum nobilis vir . Comes Gotfridus de Richenbach querimoniam moveat super quibusdam bonis, sitis in Scirnhan . contra propositum et conventum in Germarrode . asserendo ea esse feodum suum ab Ecclesia nostra fuldense, nos volentes hujusmodi veritatem diligenter experiri. Quesivimus a Bodone, Reinhardo fratribus et ceteris castrensibus de Boymeneburg, in nostra presentia constitutis, quibus de statu eorundem plene constitit bonorum, qui dixerunt, et coram nobis sunt publice protestati, quod dictus comes in prefatis bonis nullum jus habeat sed predictum propositum et conventum contra justicie debitum in eisdem bonis aggravet et molestet. In cujus rei testimonium presens scriptum, sigillo nostro et castrensium predictorum fecimus confirmari. Testes sunt dominus Ludewicus de Frankensten, Marcquardus de Hasel-

---

*) Wüstung bei Germerode.

stein, Heinricus de Blidese, Heinricus de Huna, Bertholdus de Mackencella et alii plures. Datum Boymeneburg anno dom. MCCLIII XV. Kal. Septembris.

(Bei der Urkunde liegt das Siegel der Boyneburger Burgmannschaft: auf herzförmigen Schilde über einer Eiche 2 aufsteigende Thürme mit der Legende: S. castrensium de Bumeneburg.)

10.

*Berthous Advocatus in Borsla *) entsagt seinen Rechten an Schirrenhain.*

(Ohne Jahreszahl, aber wahrscheinlich aus demselben Jahre 1253 wegen der in der Urkunde genannten Personen.)

Notum sit omnibus . . quod ego Berthous advocatus in Burslon traxeram in jus conventum ecclesie de Germarrode super quadam villa que vocatur Scirrenhain . cum vero aliquo tempore litigassemus constitit mihi quod eadem villa cum omni jure ab antecessoribus meis cum amita mea tradita fuit eidem ecclesie super que amicabilem conposicionem fecimus . ita . ut ego renunciarem omni actioni quam possem habere super illo negocio . contra predictam ecclesiam. Hec acta sunt presente preposito ejusdem ecclesie et priorissa que vocatur Gertrudis de erfa et quibusdam aliis de conventu . Similiter hujus facti testes sunt Heinricus cappellanus in Boymeneberc et Gerhardus canonicus in Burslon . et Boto miles . et reinhardus frater suus.

11.

1253. *Graf Otto von Bilstein schenkt dem Kloster Germerode eine Gülte zu Wolfterode.*

Dei gracia Erfo . et Widekindus . Borchardus . et Otto . fratres et Comites dicti de Bilstein omnibus . . salutem . . . . Noverint universi . . quod comes Otto frater noster cum bona et provida deliberatione et consensu nostro et omnium heredum nostrorum voluntario . ecclesie beate marie virginis in Germarode unum maldrum siliginis quod annuatim de allodio Wlfharterode sibi pervenit propter deum libere contulit et solute . Et ne aliquis hoc factum processu temporis valeat revocare, presentem literam in testimonium veritatis sigillorum nostrorum appendio duximus

---

*) Grossenbursla.

roborandam. Ego comes Otto quia sigillum pro me non habeo sigillis fratrum nostrorum in hac litera sum contentus. Testes hujus rei sunt comites pronotati, Johannes prepositus. Johannes plebanus in Morsne . Hermannus plebanus de Sassen *), Hermannus plebanus de Appederode, Rodoardus et plures alii fide digni . Datum in Germarrode anno gracie M.CC.LIII . II. Kal. Febr.

(An der Urkunde hängen 2 grosse herzförmige Bilsteiner Grafensiegel mit den 3 Beilen.)

12.

1255. VI. Kal. Oct. Cruceburg. *Das Kloster Germerode giebt 1 Manse in Netra zu Erbe.*

Nos Johannes propositus, Hedewidis priorissa et Conventus sanctimonalium cenobii in Germarode, omnibus . . salutem . . . . Recognoscimus . . quod Stephano filio Stephani de Germarode mansum unum in Netre quem dominus Theodericus plebanus de Boumeneburc cum filiabus fratris sui domini Reinbotonis cenobio nostro dedit, XXIIII solidos denariorum annis singulis persolventem, vendidimus pro quinque marcis argenti, hereditario jure . . sub hac forma, quod nobis de ipso solvere debet 10 solidos denariorum et antam, 2 pullos, et ovorum sexagenam, et si ipse mortuus fuerit, dabit pro illo jure, quod turste houbet **) vulgariter nominatur decem sol. denariorum . . Testes: frater Conradus de Cruceberc, frater Sifridus, frater Wigandus de Wernswic peregrinus ecclesie nostre servus, et alii.

13.

1258. *Graf Burchard von Bilstein schenkt dem Kloster Germerode das halbe Dorf Ziegenbach ***).*

Nos Comes Burchardus de Bilstein . omnibus . . cupimus notum esse . quod bona deliberacione et consensu fratrum nostrorum Comitis Erphonis . comitis Widekindi et Ottonis . nec non puerorum nostrorum voluntario . medietatem proprietatis ville Cigenbach que nos contingit cum suis pertinenciis . scilicet prata . campos . paschua et communem silve marchiam . ex antiquo dicte

---

*) Reichensachsen. — **) Das theuerste Haupt. — ***) Wüstung bei Wolfterode.

ville spectantem . et aquam et nemore usque ad curiam Wlfharterod . libere et cum omni jure contulimus ecclesie Germerod . pro remedio anime Heilwigis . felicis memorie uxoris nostre . ut ipsi et omnium predecessorum nostrorum memoria . ibidem perpetuo habeatur . hoc eciam adicimus . ut homines sepedicte ville . ligna de nemore adjacente licite succidant . quantum ad domos et alia edificia necesse habuerint construenda. Prefata tamen ecclesia proprietatem eandem pro duabus marcis et fertone prius redimet ab Arnoldo de Gemunden cui a nobis fuerit titulo pignoris obligata. — Testes . Johannes prepositus ibidem . Priorissa et Conventus . Bertholdus de Bukelh . Hermannus et Helwicus sacerdotes . Comes . Epho . Comes . Otto . Bruno de Olfena . Bertoldus de Rauensh . Henricus de franquarthusen milites et plures alii . Actum Germarod . anno dom. M . CC . LVIII in die sanctor. martirum . felicis et Adao. —

14.

1260. *Graf Widekind von Bilstein appropricirt dem Kloster Germerode eine Hundelshausische Hufe zu Oberhone.*

Nos comes Widekindus de Bilstein . Omnibus hanc literam inspecturis volumus esse notum quod nos ad instanciam et dilectionem Ambrosii de hunoldeshusen mansum in superiori honede quem a nobis tenuit, ecclesie beate virginis in germarode proprio jure tradimus ex consensu et permissione voluntaria fratrum nostrorum nec non et heredum et successorum nostrorum . . cum dicto mansu prefatam ecclesiam integre liberantes . . sigillo nostro . . . Testes hujus rei sunt . Amelungus et Henricus eselscohp milites . Otto Scultetus . Tidericus clava . Ambrosius Wikbodo . Johannes de Cappele . Actum in Aldendorph anno dom. MCCLX in cena domini.

15.

1262. kal. marcii. *Streit wegen des Waldes Weissner.*

Inhaltlich dieser Urkunde fällt — A. decanus ecclesie sancte marie in Erfurd, Conservator a sede apostolico constitutus, — nachdem Propst Johannes und Convent zu

Germerode, — super usufructum nemoris, quod vocatur Wisener, fratrem Rudolfum Capellanum eorum als procuratorem bestellt und der plebanus de Bomeneburg als Procurator seiner Schwester domine Ermengardis, der Witwe Reinhards von Westerberg, auftrat und behauptete, dieser gehörte die Hälfte des ususfructus dieses Waldes, — ein Urtheil dahin, dass der Scolasticus de Helingistat (Heiligenstadt, der Archidiaconatssitz) und der plebanus de Aldindorf Zeugen verhören sollen und setzt weiteren Termin in quartam feriam proximam ante diem sancte Walpurgis.

16.

1262. *Ausspruch eines Germeröder Synods in vorstehender Sache.*

Noverint universi . . quod nobis Hermanno plebano de Sassen et Sifrido plebano de Grevendorph Archipresbiteris in honede . anno dom. milesimo CC.LXII VII Nonas Octobris . sinodo in Germarrode presidentes, ex parte prepositi ibidem instanter petitum fuit, quod nos rusticis ipsius ville tam hominibus domine Ermengardis quam ecclesie questionem sententie communiter faceremus, quid sibi de colle et silva que vocatur Wendeberg qui immediate interjacet nemori Wisnere, ex certa scientia legitime constitisset, qui habita simul interlocutione jurati deposuerunt, quod eandem silvam Monasterium in Germarod proprio jure et sine impeticione qualibet semper possederit pacifice et quiete . — Sigillis . . dom. Conradi de Marpurg viceprepositi et canonici Heiligenstadens . et magistri Guntheri Cantoris fritslariensis et canonici Heiligenstadensis fecimus roborari . Hujus rei testes sunt . Johannes propositus in Germarod . frater Bruno sacerdos de domo theutonica *) . Hermannus plebanus de apterod . Tidericus plebanus in Bomneburg . Ekehardus plebanus in Schemmern . Conradus plebanus in Ermen **) et plures alii.

17.

1263. *Das Kloster Germerode erwirbt 1 Manse zwischen Aue und Niederdünzebach.*

Nos H. Scolasticus et Capitulum ecclesie Heyligen-

---

*) etwa in dem nahen Reichenbach? — **) wohl Ermensassen, d. i. Harmuthsachsen.

stadensis . H. advocatus de Bodenhusen . Scultetus, Consules et Universitas civium in Heyligenstat cupimus esse notum . quod Reynhardus de bebere, Johannes et Reynhardus filii ejus ac Cristina filia ejusdem, Heynricus de Wildungen, Adelheidis uxor ejus, Johannes, Alexander et Reynhardus filii ipsius, Petrissa et Elizabeth filie ejusdem renunciaverunt coram nobis — actioni seu questioni ac omni juri . quod sibi in manso uno suo inter villas Thuncenbach et Owam contra dominum propositum et monasterium de Germarrode competere asserebant, pro qua renunciacione seu cessione — idem propositus Reynhardo, Heynrico et Adelheydi uxori ejus ac eorum liberis dedit tres marcas pecunie ponderate Heyligenstadensis monete . . — Huic renunciacioni interfuerunt Helmboldus scolasticus, Ernestus Cantor, Guntherus, Hermannus de Kirstelingerode, Cunradus de Snen, Heynricus de Ekelingerode, Helwicus et Heynricus de sancto Egidio, Canonici in Heylgenstad, vir nobilis Borchardus comes de Woldenberg, Heynricus de Bodenhusen advocatus, Cunradus de Ammera, Otto de Rusteberg, Ottmarus de geyzlede, milites, Johannes Surbier, Cunradus Ulrici, Thidericus Rintwolle, Cives Heyligenstadenses et alii. — Actum Heyligenstat anno . mill. CCLXIII . XII Kal. Juni.

18.

1267. *Graf Widekind von Bilstein verkauft dem Kloster Germerode den Berg Holenstein.*

Notum sit omnibus . . quod ego Comes Widekindus et uxor mea Mechthildis vendidimus preposito Johanni totique conventui in Germarrod montem quendam dictum Holstein cum suis pertinenciis cum omni jure proprietatis cum consensu filiorum nostrorum Lodewici et Wernheri et hoc compulsi necessitate corporum quia victualia nobis defecerunt *). Insuper ut eo firmior esset ecclesie memorate obtulimus eundem super altare beate virginis Marie ibidem . licet decalvatus esset quod nulla ligna compararent in predicto monte **). Renunciavimus et pro filio nostro Ludolfo canonico Halverstadensi omni jure quod idem L.

---

*) Widekind war also in grösster Leibesnoth. — **) Er hatte den Wald erst abgetrieben.

ex successione hereditaria videbatur habere . Huic venditioni frater noster Wikerus decanus Halverstadensis affuit consentiens nostro facto . Hujus rei testes sunt Burchardus . Otto comites fratres nostri, Hermannus de Arnolverod *) . Sifridus de Vrancquardeshusen plebani . Hermannus de Eltwenhusen **) . Heinricus de Dudenrod . Heinricus cellerarius . Gerhardus pistor de aldendorp . Heinricus de Vranquardeshusen et fratres et capitulum ecclesie memorate. Acta sunt hec in claustro Germarrod anno dom. M . CC . LXVII.

(Das Siegel Widekinds hängt an.)

19.

1267. *Graf Widekind von Bilstein verkauft dem Kl. Germerode den Berg Holenstein und Helwigesroth ***).*

Nos Widekindus Comes dictus de Bilstein . omnibus fidelibus presentibus et futuris . Scripti presentis tenore protestamur . — quod nos ecclesie beate Marie virginis in Germarode . pro tribus marcis argenti, vendidimus, monticulum quendam, qui vulgo Holenstein nuncupatur . et quoddam novale quod eidem monti interjacet quod Helwigesroth nominatur, cum omnibus suis pertinenciis indistincte, scilicet pascuis sive silva que antiquitus silva dicebatur. Et hoc animo deliberato . fratrum nostrorum Burchardi et Ottonis consilio communicato . et eisdem consencientibus . uxore nostra Mechthilde . ac filiis nostris . Ludewico et Wernhero consencientibus . et Resignantibus eundem monticulum cum novali interjacenti et silva cum ceteris omnibus pertinenciis supradictis de bona voluntate et libera sub testimonio omnium quorum nomina subscripta leguntur . Johannis de Cappella . Ekkehardi plebani de Schemmern . Sifridi plebani de Frankquarteshusen, Hildebrandi de Apterode, Theoderici de Waldolverode †) . Henrici de Hildegershusen . fratrum ejusdem ecclesie . Theoderico . Gotscalco . Conrado . Rudewardo. Et ut hec emptio ab omnibus successoribus nostris inviolabiliter observetur . . presentem paginam sigilli nostri munimine

---

*) Orpherode. — **) Eltmannshausen. — ***) Wüstung zwischen Hilgershausen und Kammerbach. — †) Welferode, Wüstung zwischen Frankershausen u. Wellingerode, an der Stelle des jetzigen Schafhofs.

consignamus. Acta sunt hec anno dom. M.CC.LVII mense Augusto in die Oswaldi regis.

(Das grosse herzförmige Schild des Grafen Widekind mit den 3 Beilen hängt an.)

20.

1267. *Graf Wigger von Bilstein bezeugt vorstehenden Verkauf.*

Nos Wiggerus dei gracia dictus de Bilstein Halverstadensis ecclesie Decanus .. protestamur .. quod Witekindus comes frater noster dictus de Bilstein vendidit ecclesie beate Marie virginis in Germarrode pro tribus marcis argenti monticulum etc. .. Actum anno dom. M.CC.LXVII mense Augusto in festo beati Oswaldi. .. (Zeugen wie in der vorhergehenden Urkunde.)

21.

1268. *Graf Widekind von Bilstein verkauft dem Kloster Germerode einen Wald.*

Notum sit .. quod ego Comes Widikindus de consensu Ludolfi canonici halberstadensis et Wernheri filiorum nostrorum silvam quandam jacentem in colle inter vallem que vocatur hildegerspurne et inter vallem que vocatur lutenbach que successive racione patrimonii specialiter nos contingit vendidimus .. monasterio beate Marie virginis in Germarrod pro duabus marcis argenti .. In testimonium hujusmodi facti presentem literam sigillo nostro cum testium subscriptione duximus roborandum. Testes sunt Sifridus plebanus de vranquardeshusen, Hermannus plebanus de Arnolverod, Heinricus miles de Vranquarteshusen, Ekbertus de Abderod, Hermannus de Eltwinshusen, Heinricus cellerarius, Heidolf, Heinricus de Tutenrod, Heinricus filius Giseleri, Heinricus Kagehart et alii fide digni et fratres et totus conventus in Germarrod. Acta sunt hec in Germarrod anno gracie M.CC.LXVIII.

(Mit dem Siegel Widekinds. Es existirt noch eine zweite Ausfertigung dieses Diploms, das aber nur unbedeutend und in nichts Wesentlichem von diesem abweicht.)

22.

1272. *Erkenbert von der Aue resignirt dem Bodo von Boyneburg Güter zu Dünzebach, die ans Kloster Germerode kommen.*

Ego Erchenbertus miles, dictus de Owe, . . recognosco . . quod bona mea sita in Tunzebach, unum solidum et unum modium frumenti solventia redditu annuali, que a domino meo Bodone de Beimeneburg jure possideram feodali, eidem Bodoni domino meo resigno . . que sepedictus dominus B. ad instanciam precum meorum et pro salute anime sue appropriat ecclesie in Germarrode in perpetuum libere possidendum. Acta sunt hec anno dom. M.CC.LXXII. VI. Kal. Junii.

23.

1272. *Die von Westerberg *) verkaufen dem Kl. Germerode die Hälfte von Germerode u. Elkenhain **).*

In nomine domini amen. Nos Hermannus Vater Scultetus . Gundramus . Johannes Monetarius . Gerhardus Pistor . Albertus Wiebel . Ywan . Henricus filius Gude . Hartradus . Cunradus dictus Tredebere . Heinricus Valsch . Heinricus de Erfordia . Heinricus Pfeferkorn . Herman pithe Scabini, Rulandus Rembote dictus Trunkenbolt, Hermannus et Heinricus fratres dicti Lereknape . Thidericus institor . Sifridus Bry . Heinricus filius Alheidis laici cives de Aldendorf, presentibus protestamur nos vidisse et audisse quod Hermannus et Reinhardus de Westerberg fratres laici . . domino Johanni proposito et conventui sanctimonialium de Germarode, medietatem villarum harum . Germarode et Elkenhagen cum silvis, pratis, pascuis, molendinis, piscacionibus, agris cultis et incultis, et aliis pertinenciis earundem pure vendiderunt et tradiderunt . Huic contractui interfuerunt personaliter Dominus Reinetho de Aldendorf, dominus Thiedericus de Waldesa et dominus Friedericus de Erershusen . Ecclesiarum rectores, presbyteri . frater Thiedericus de Waldoluerode . Ambrosius de Hunoldeshusen, Heinricus de Wildungen, Ludewicus de Duringenberg et alii quamplures nobiscum . In horum

---

*) An dieses erloschene Geschlecht erinnert die Westerburg bei Soden. — **) Wüstung zwischen Germerode u. dem Mönchhofe.

evidenciam presens scriptum sigillo nostre civitatis procuravimus communiri . Actum in Aldendorf quarta feria ante diem beati Johannis baptiste . Anno dom. millesimo CC.LXXII.

(An der Urkunde hängt das grosse, alte, stattliche Stadtsecret mit 7 Thürmen und der Legende in Uncialen: Sigillum burgensium in Aldendorf.)

24.

1272. *Die Trott bewilligen eine Schenkung der von Waldolverode*) ans Kloster Germerode.*

In nomine domini amen . Nos Hermannus Trotto et filius noster Hermannus notum esse cupimus . . quod nos mansum unum in villa honede situm, cujus proprietatem Theodericus de Woldolverot nunc conversus in Germarrot, et filius suus Theodericus cum esse eorum quondam nobis dederant, et in feodo receperant rursus a nobis, dedimus ecclesie Beate Marie virginis in Germarrot, temporibus domini propositi Johannis, cum consensu heredum nostrorum, jure proprietatis perpetuo possidendum . Pro qua nostra donacione prefatus Theodericus junior curiam in civitate Esscenewege, unum fertonem annua pensione solventem, et mansum unum in villa vranquardeshusen situm, et dimidiam marcam argenti, in commutationem nobis dedit, et in feodo a nobis recepit. Testes hujus facti sunt, Johannes propositus antedictus, Theodericus plebanus in Boimeneburc, Heinricus de Junen clericus, Bodo senior de Boimeneburc, Gerhardus de Wassenhusen**) milites, Hermannus gener prefati Trottonis, Theodericus de Wolderot, conversus et suus filius antedictus . ut autem hec . . collatio rite et racionabiliter facta et absque omni contradictione, firma et inconwolsa perpetuis perservet temporibus hoc scriptum . . nostro, Concastellanorum nostrorum et domini Bodonis senioris de Boimeneburc presens dicti, sigillis potuimus roborari. Datum et actum Boimeneburc . Anno dom. M. CC.LXXII in vigilia Mathei apostoli.

(Die schönen grossen herzförmigen Siegel Hermann Trott's, Bodo's von Boyneburg und der Boyneburger Burgmannschaft hängen an der Urkunde.)

---

*) Welferode s. S. 11. -- **) Wüstung zwischen Niddawitzhausen und Reichensachsen.

25.

1273 VII. Kal. Septembris. *Landgraf Heinrich, Dominus Hassye, bekennt, dass die Brüder Hermann und Reinhard von Westerberg die Hälfte der Dörfer Germerode und Elkenhagen dem Kloster Germerode verkauft haben.*

(S. Nr. 23. An der Urkunde hängt das grosse Landgräfliche Reitersiegel.)

26.

1273. *Hermann Trott schenkt dem Kloster Germerode Güter zu Oetmannshausen und Hoheneiche.*

Hermannus dictus Trotto Miles et Jutta contectalis ejusdem . . notum esse cupimus . . quod nos de consensu, annuentibus dilectis pueris nostris videlicet Hermanno filio nostro, Gerdrude et Jutta filiabus nostris, Hermanno et Volperto generis nostris et pueris ipsorum, domino Bodone de Bomneburg milite, Bodone filio ipsius et omnibus nostris heredibus . . Conventui ancillarum Christi, Monasterii de Germarrod bona nostra in Otwinshusen videlicet duos mansos et dimidium cum quibusdam agris adjacentibus pascuis et pratis, piscariis et aquis, nemoribus et rubetis et aliis suis pertinenciis que actenus jure proprietatis possedimus, . . in Hoineich duos mansus quorum unum jure proprietatis reliquum vero hereditario jure possedimus eciam cum suis pertinenciis contulimus absolute et resignavimus . . sigillis domini Heinrici Archipresbiteri de Roinriet*) et domini Bodonis de Bomneburg militis . . Testes: dominus Johannes propositus, Luckardis priorissa et totus conventus in Germarrode, dominus Heinricus de Suntra, Ditmar de Hasela, Volpertus de Berndeburg, et Wideroldus de Sibrachtishusen **) plebani, dominus Bodo de Bomneburg miles et Bodo filius ipsius, Gotfridus ante valvam, Conradus et Hermannus fratres et omnes castrenses de Bomneburg, et multi alii fide digni. . . Germarrod . M . CC . LXXIII in die dominica infra beatorum Petri et Pauli.

(Das grosse Siegel Bodo's v. B. hängt an der Urkunde, das des Erzpriesters von Röhrda fehlt.)

---

*) Röhrda. — **) Seifertshausen.

27.

1275. *Bodo von Boyneburg schenkt dem Kloster Germerode Güter zu Oetmannshausen und Hasel.*

Heinricus dei gracia Hersveld. Ecclesie abbas Recognoscimus . . quod Botho miles de Bomeneburg pie memorie frater noster, . . de nostro et Gerdrudis uxoris sue nec non heredum suorum integra voluntate unanimi et consensu in extremis positus ultima voluntate omnia bona, que in villa Otwinshusen jure proprietatis ac dominii in mansis, curtibus, piscariis, molendinis, areis, pratis, pascuis, nemoribus, agris cultis et incultis et aliis juribus quibuscunque que in ipsa villa habuit . . Monasterio et Conventui Sanctimonialium in Germarode . . pro anime sue remedio et ut sue deposicionis anniversarium in dicto monasterio annis singulis celebretur, donavit, contulit et legavit cum uno nemore quod Eichholz nuncupatur. . . Tradidit quoque monasterio supradicto omne jus quod in villa Hasela habuit cum locacionibus bonorum ville ejusdem tam in nemoribus quam in rure. Testes sunt Botho miles senior de Bomeneburg et Botho filius ejus, Heymeradus miles de Brandenvels et Conradus frater suus, Gothefridus advocatus ante valvam, Conradus Storlo et frater ejus et Ludewicus Rephoin . Ceterum Recognoscimus quod Botho miles senior de Bomeneburg una cum filio suo Bothone donavit tempore exequiarum Bothonis fratris nostri supradicti monasterio memorato omne jus quod habebat in villa Hasela tam in nemoribus quam in rure cum locacionibus bonorum ibidem perpetuo possidendum. Eo duntaxat excepto quod homines dicte ville Hasela Comitie in Rende facient jura ex antiquo debita et consueta. Datum anno dom. M.CC.LXXV. VII. Kal. Augusti: Hujus donacionis testes sunt Nobilis vir Burchardus comes de Bilsteyn, Gerhardus miles de Wasenhusen, Bertholdus miles et Heinricus dicti Eselcoph, Ditmarus de Virebach aliique plures fide digni.

28.

1275 in die sancti Nicolai. *Heinricus de Guthern *) bekennt, dass er unam arcam sitam in Welspeche **) dem Kloster in Germarerode für 2 Mark Silbers verkauft habe.*

---

*) d. i. Gottern. — **) Welsbach im Kreise Langensalza.

Testes: Reinhardus de tempore, Hartmannus frumoldi, Gundoldus, Christanus, Godefridus.

29.

1276 Kal. Jul. in choro friczlariensis ecclesie. — *Zehnten zu Siegershausen *) betreffend.*

In dieser Urkunde bekennt Gotscalcus vicepropositus friczlariensis, dass zwischen dem Propst Johannes von Germerode und dessen Convent auf einer und Johannes presbyter und rector ecclesie de Vortriede **) auf der anderen Seite von dem nobilis vir dominus Widekind de novo castro Heyligenstadensis propositus, Guntherus cantor und dom. Gothefridus de Wehere, friczlariensis ecclesie canonici, geurtheilt sei, dass das Kloster Germerode dem Pfarrer Johannes und seiner Kirche in Vortried von agris sitis in Sigershusen keinen Zehnten, wohl aber die herkömmliche Abgabe der maniplorum seu garbonum entrichten solle . . Huic decisioni interfuerunt Hemeradus canon. friczlar., Hermannus Rector ecclesie de Wichmanneshusen, Fridericus de Bischoffeshusen presbyter et alii.

30.

1277. *Graf Ludolf von Bilstein schenkt dem Kloster Germerode den dritten Theil des Patronatrechts an der Kirche zu Frankershausen.*

Nos Comes Lutolfus dictus de Bilstein recognoscimus . . , quod bona deliberacione et ex maturo discretorum consilio terciam partem patronatus ecclesie in vrancwardeshusen que nos ex jure hereditario contingit, contulimus Ecclesie in Germarode pure propter deum ac in subsidium nostre anime salutare perpetue possidendam. Hujus rei testes sunt Bertoldus plebanus in abterod, Hermannus plebanus in vrancwardeshusen, Heinricus de Hunoldeshusen sacerdos, Hermannus sacerdos, Sifridus Goldakker miles et filius suus Albertus, Conradus de Netere, Theodericus de Waldolverot, Gotefridus Ulin et omnes cives de Germarode. . . Sigilli nostri munimine. . . Acta sunt hec X Kal. Junii anno dom. M.CC.LXX. septimo.

(Angehängt ist das grosse herzförmige Siegel Ludolfs: 3 Beile.)

---

*) Ausgegangenes Dorf zwischen Lichtenau und Walburg, s. Landau, Wüstungen S. 70. — **) Ausgegangenes Dorf bei Lichtenau, s. Landau l. c. S. 71.

31.

1277. *Graf Ludolf von Bilstein bestätigt die Gerechtsame und Besitzungen des Klosters Germerode.*

Nos Ludolfus comes in Bilsten recognoscimus per presentes pio moti affectu ac divine remuneracionis intuitu, Ecclesie sancte Marie virginis in Germyrod que ordini premonstratensium ac regule sancti Augustini subjecta est et annexa privilegia ac libertates apud genitoribus nostris indulta ac datas ecclesie jam dicte confirmando approbamus nec non propter scruplum malorum hominum elutandum presentibus damus liberam facultatem preposito dicte Ecclesie in Germyrod et successoribus ejus ut progenitores nostri dederunt sepedicte ecclesie pro sua voluntate seu utilitate eligendi tutorem ac prolocutorem tam ecclesie quam omnium bonorum ejusdem . . absque nostra reclamacione et heredum nostrorum quorumcunque. Insuper declaramus prout accepimus quod jurisdictiones in villis subnotatis plenas et liberas dicta ecclesia habere et possidere et cum capitali judicio debet cum omnibus juribus que attenus habuit in eisdem tam curtibus quam villis videlicet in Kammerbach arnolffeterod *) liperterod **) Renhartzhusen ***) Sygeharthusen †) Wolharterod ††) Bernharzdorf †††) Rudolfizhusen *†) ac aliis libertatibus et juribus item prime donacionis in nemoribus silvis agris cultis et incultis pratis pascuis agrorum decursibus cum nostro favore et benevolo consensu nostro nostrorum heredum ac successorum quorumcunque libere possidere debet et frui ea libertate ut usa est Renunciantes pro nobis et nostris heredibus omnibus juribus que nobis seu nostris heredibus competere possent . . testes hujus nostre approbacionis donacionis et renunciacionis sunt Bertoldus plebanus in apterod . hermannus plebanus in vrincwardeshusen . Henricus de Hunoldeshusen sacerdos . Hermannus sacerdos . Sifridus goldaceir miles et filius suus albertus Conradus de nethere theodericus de Waldeluorot godefridus Ulin et omnes quam plures de civibus in aldindorf . . anno dom. M.CC.LXXVII. IIII non. Aprilis.

---

*) Orpherode. — **) Wüstung Liprechterode bei Kammerbach. — ***) Wüstung Rengershausen bei Witzenhausen. — †) Wüstung Siegershausen bei Lichtenau. — ††) Wölfterode. — †††) Bernsdorf. — *†) Wüstung zwischen Waldkappel und Bischhausen.

32.

1280. *Die Grafen Burkard und Ludolf von Bilstein resigniren dem Abt von Fulda 6 Hufen zu Niederhone, die das Kloster Germerode erhält.*

Venerabili domino suo Voldensis Ecclesie domino Abbati, Burkardus comes dictus de Bilstein et Lutolfus patruelus (sic) ejusdem, debitum . . Bona sex mansos videlicet sitos apud Honde inferiorem villam quos a vobis et vestra Ecclesia Voldensi tenuimus in feodo . . heredibus nostris consentientibus in hac parte vobis resignamus libere in his scriptis, nobis nullum jus usurpando deinceps in eisdem. Datum anno dom. M.CC.LXXX. XI Kal. Augusti.

Vergleiche Nr. 34.

33.

1283. *Graf Ludolf von Bilstein übergiebt dem Kloster Germerode Güter zu Niederhone, Hilgershausen, Reingozhausen und Rossbach.*

In nomine domini amen. Nos Ludolfus de Bylsten Comes . quod prejudicialis nimis existeret societas inter nos . prepositum . et conventum Monasterii in germarod . contracta exstitit et condicta . divine reverencie intuitu . et per formam composicionis. per arbitrores (sic). dominum Heynricum de Hansten . Dythmarum de Virbach . Milites. per Waltherum de Hunoldeshusen . et Symonem de Nethere laycos . Magistro Rudolfo rectore Ecclesie de Esschenewege . et domino Wernero de Besse milite . advocato ibidem . ad concordandum prefatos arbitrores . si dissentirent . assumptis . editam et conceptam . renunciavimus omni actioni seu questioni . que nobis quoque modo seu de facto seu de jure . occasione predicte familiaritatis competere videbatur . Ita . quod de rebus sive de personis ipsius Monasterii nullum nobis jus . de cetero vindicabimus . nisi . quod vicissitudine favoris mutuo rependere possumus. . . Expressè quoque renuntiavimus quatuor agris in inferiori villa honde . Hildegershusen manso et dimidio . Reyngothusen *) allodio . et bonis in Rospach . ab omni onere . quod nobis venditavimus in bonis locorum predictorum . prepositum et Monasterium memoratos . et

*) Rengershausen, auch Reinhardshausen, Wüstung oberhalb Witzenhausen, an der Gelster, s. Landau, Wüstungen S. 293.

colonos sive pensionarios eorundem . liberaliter absolventes . Ad observationem nichilominus omnium predictorum nos arbitroribus manualis datione fidei obligantes . Testes sunt . Magister Guntherus Cantor ecclesie Frytslariensis . dominus Johannes de Spangenberg plebanus . dominus Gerhardus de Wassenhusen miles . Erkenbertus de Owa . Heinricus dictus asininum capud . Hermannus de Nethere . Hermannus Sperysen . Engelbertus . Harpertus . Heynricus de Oldendorph et alii quam plures fide digni . In hujus vero testimonii . renunciationis . cessionis et obligationis nostre presens scriptum . nostro . Magistri Rudolfi . Werneri de Besse . Heynrici de Hansten prefatorum sigillis roboratum dedimus preposito et conventui sepedictis . Actum et datum Esschenewege in crastino beate Gerdrudis . Anno dom. Millesimo . ducentesimo . octogesimo tercio.

(Angehängt sind die grossen herzförmigen Siegel des Grafen Ludolf, Werners von Besse und Heinrichs von Hanstein)

34.

1284. *Der Abt von Fulda approprizirt dem Kloster Germerode 6 Hufen zu Niederhone.*

Nos Berthous dei gracia fuldensis Ecclesie Abbas, Marguardus Decanus, Totusque conventus ibidem Recognoscimus . . quod sex mansos sitos in Honde cum omnibus suis compertinenciis ac juribus quos nobiles viri Comites de Bilstein ab Ecclesia fuldensi in feodo habuerunt . . Ecclesie in Germarrode appropriavimus tali modo quod singulis annis in perpetuum sex talenta cere in Nativitate beate Marie ad Cameram domini Abbatis census nomine omni relegato obstaculo finaliter persolvantur ab eisdem. Hujus rei testes sunt Albertus propositus Montis sancte Marie, Berthous propositus sancti Johannis, Conradus de Cygenhayn, Capellanus, Berthous de Libesberg, Rabmoldus, Gerlacus coquinarius, Heinricus unico Milites et alii plures fide digni. Acta sunt hec anno dom. M.CC.LXXXIIII in vigilia apostolorum Petri et Pauli. 4. Kal. Julii.

35.

1284. *Die Grafen von Bilstein schenken dem Kloster Germerode ein Gut in Albungen.*

Nos Borchardus, Otto et Ludolfus Comites dicti de

Bylsten. Recognoscimus, per presentes fideliter protestando. quod libero de consensu propositi Ottonis Aptherod, Helboldi et Alberti Comitum ac aliorum heredum nostrorum spontanea voluntate donavimus bona domini Sychmari militis, dicti de Virbach, que a nobis in feodo tenuit, in agris, areis et in aliis attinenciis quibuscunque, in Albungen sita, Ecclesie seu conventui dominarum in Germarod, ad perpetuam proprietatem, libere possidendo, ad cujus robor validius, ipsi ecclesie in Germarod, hanc paginam nostris sigillis dedimus communitam. Datum V Kal. Novembr. ánno dom. milles. CC. LXXX. quarto.

36.

1288. *Hartrad von Reichenbach schenkt dem Kloster Germerode Güter in Paskenrode *) u. Hasselbach.*

In die beati marci evangeliste. Ego Wernherus dictus de Richenbach . . recognosco, quod Hartradus de Richenbach cum consensu mee voluntatis bona sua . . in paskenrade et in Hasselbach sita, contulit ecclesie in Germerode cum filia sua Hedewige, perpetuo possidenda. . . Sigillo Wernheri militis de Besse, qui testis hujus donacionis est, corroboratum.

(Das anhängende herzförmige Siegel Werners von Besse — 3 Querbalken — hat die Umschrift: S. Wernsheri de Velsberg.)

37.

1289. *Hermann von Eiterhagen schenkt dem Kloster Germerode seine Güter zu Siegershausen.*

Nos Hermannus dictus comes de Eyterhayn, Rupertus sacerdos et Siffridus, ceterique pueri mei in hiis scriptis publice protestamur, quod de omni jure quod habere cognoscebamur in bonis Segehartheshusen sitis, quod nostrum pheodum appellabatur silvestrum abrenunciavimus propter deum, quicquid vero juris in bonis supra dictis habere videbamur domino preposito sanctimonalium in Germarode et eidem fabrice admisimus perpetuo optinendum. Hujus rei testes sunt dominus de Virbach ordinis theutonice domus, Conradus de retrode et Henricus filius suus et alii quamplures fide digni. In hujus rei testimonium presentem

---

*) Wüstung im ehemaligen Gerichte Harmuthsachsen.

litteram sigillo burgensium nove civitatis Lichtenowe fecimus communiri. Datum et actum in die annunciacionis beate virginis anno dom. M.CC.LXXXVIII.

(An der Urkunde hängt das grosse runde Siegel — 3 aufsteigende Thürme — der eben gegründeten Stadt Lichtenau, die zuerst Walburg mag geheissen haben, weil das Siegel die Umschrift hat: Sigillum civitatis de Walberc. S. Landau, Hessengau S. 102.)

38.

1290 in crastino Epiphanie. *Die von Netra und Westerberg verzichten auf Güter zu Gunsten des Klosters Germerode.*

Nos Consules Civitatis Eschenewege publice recognoscimus . ., quod Symon et Hermannus fratres de Netere et Reynhardus de Westerberc cum suis heredibus, actioni et impeticioni quam habere possent . in bona et hereditatem bonorum, que mater predicti reynhardi claustro Germarrod in salutis anime sue remedium dedit . ., renunciaverunt coram nobis, cujus testes sunt . dominus Heynricus de Tunzebach . Ebberhardus de domo Lapidea . Heinricus de Aldendorf . Heynricus Ertmari . Otto . Petrus . Wilhelmus . pistor . Walchunus . Hermannus calcariator . Albertus ante montem . et Hermannus Sperysen.

39.

1291. *Abt Heinrich von Hersfeld ersucht die thüringischen Landfriedenserhalter, das Kloster Germerode in seinen Besitzungen zu Oetmannshausen zu schützen.*

Henricus dei gracia Hersveldensis ecclesie Abbas Nobilibus viris de Hohenstein et de Bychelingin Comitibus, Ceterisque conservatoribus generalis pacis per Thuringiam constitutis salutem cum plenitudine omnis boni. Recognoscimus veritatis testimonium prohibentes, quod dilectus pater noster Boto de Boumneburg bone memorie dudum defunctus dimidietatem ville Otwineshusen cum omnibus suis pertinenciis et proventibus quocunque nomine censeantur, ad ipsum ex antiquissimis temporibus a suis progenitoribus proprietatis titulo legitime devolutam monasterio sanctimonalium in Germarrode tradidit et legavit propter divinam remuneracionem et in anime sue remedium et salutem, quare vestre nobilitatis rogamus attencius equitatem

quatenus propter deum et justicie intuitu, Advocatum de Boumneburg dictum de Trebere diligenti jubeatis cum effectu, quatenus, prefatum monasterium in dicte ville dimidietate ipsi monasterio tradita, tam legitime et donata impedire non persumat(!) Datum Hersveld anno dom. M. CC.LXCI XI Kal. Septembris.

(Das runde Siegel des Abts hängt an.)

40.

1297. VIII. Kal. Maji. Hersfeld. *Reinhard und Heinrich, Advocaten von Sontra, resigniren der Aebtissin zu Eschwege 2 Mansen zu Hornel*).*

Venerande patrone domine sue .. Abbatisse Eschenewegensi, Reinhardus Advocatus de Sunthra et Heinricus frater ejus, dicti ante valvam **) paratam semper ad omnia ejus obsequia voluntatem . Bona nostra sita in terminis ville Harnayl scilicet duos mansus, quos a vobis et a vestra ecclesia habemus titulo justi feudi, acceptata debita compensacione a Johanne de Eschenewege, quam idem Johannes nobis favere permisit de bonis suis sitis prope Eschenwege, ad instanciam ipsius Johannis vobis, per presentes nostras literas libere resignamus, que bona eciam ipse Johannes a vobis habuit titulo feodali. In cujus rei certitudinem presentes damus literas, sigillo mei Reinhardi predicti firmiter roboratas. . . Presentibus domino Conrado de Appenveld plebanus Hersfeldens. Th. scriptore, Hermanno de Iwa clerico, Ludewico de Sulza, Reinoldo de plano, Helwico frisone, Th. dicto Schacz, Sifrido de Cappele, et aliis. —

(adhaeret sig. Reinhardi, gross, herzförmig, der boyneburgische quadrirte Wappenschild.)

41.

1297 VI. Kal. Jul. *Graf Otto von Bilstein schenkt dem Kloster Germerode das Patronatrecht zu Frankershausen.*

Nos Otto dei gracia Comes de Bilstein recognoscimus

---

*) Laut einer Urkunde des Eschweger Cyriaxstifts von 1297, III. nonas Augusti approprizirt die Aebtissin zu Eschwege diese 2 Hufen dem Kloster Germerode. — **) dürfte zu beziehen sein auf die Dingstätte vor dem Oberthor zu Sontra.

. . quod de consensu domini Burchardi Canonici ecclesie sancte Marie in Halberstad fratris nostri jus patronatus ecclesie in vrancwardeshusen Ecclesie sanctimonalium in Germerrode pro salute animarum parentum nostrorum nostraque dedimus. Testes: Henricus de Drivordia . Fridericus filius suus . Johannes de Eschenewege, Johannes de Albungen, Bertoldus Caput asini, Henricus frater suus, Conradus luge et quidem dictus sigellator . Dile sororius suus et Eckehardus de Waldolverode et plures. . . Datum anno dom. milles. CC . XC. VII VI. Kal. Julii.

(adhaeret sigill. Ottonis: 3 Beile. s. Nr. 30.)

42.

1297 in die Johannis. *Heidenreich von Vargula giebt dem Kloster Germerode $1^1/_2$ Mark Gülte zu Kirchheilingen.*

Nos Heydenricus de Varila et Ermengargis uxor sua recognoscimus . . quod dedimus . . proposito et Conventui . . in Germarode, Magunt. dyoeces. prepositure Heylingestad marcam et dimidiam annuos redditus usualis argenti quod Molhus. datur . . in bonis nostris propriis in Keyrheylingen videlicet in manso et dimidio . . ad emendacionem prebendarum suarum ac filie nostre incluse cum eisdem . . reemendas cum 15 marcis. . . Testes Conradus plebanus in Keyrchelingen, Th. viceplebanus in Welsbeyche, Cristanus Scorbrant, Ditmarus de Varila.

(adhaeret sig. Heydenrici.)

43.

1300. *Graf Burchard von Bilstein genehmigt die Schenkung des Patronatrechts zu Frankershausen ans Kloster Germerode.*

Venerabilibus in Christo . . preposito ac Conventui in Germerade Borchardus de Bilstein prepositus in Abbederode — recognoscimus quod donacionem quam frater noster Otto ac heredes nostri alii fecerint in Ecclesia franquerdeshusen . ratam habemus in nomine domini. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum Halberstad anno dom. M. CCC. in vigilia palmarum.

(adhaer. sigillum Burchardi canonici Halberst. et propos. in Abterode — ein ovales geistliches Siegel mit dem bilsteinischen Grafenwappen. cf. Nr. 30.)

44.

1300 in die Galli. *Vermächtniss des Günther Tutelin von Creuzburg an's Kloster Germerode.*

Nos Heynricus propositus . Jutta de Hunoldeshusen priorissa totusque conventus in Germarrode ordinis sancti Augustini profitemur . . quod 20 solidos denariorum ysenachensis monete Gunthero tutelini militi de Cruceborg et Cunegundi uxori sue pro 5 marcis argenti usualis in Cruceborg vendidimus a nostris censualibus *). . . Testes Henricus propositus sanctimonalium in Cruceborg, Hermannus sacerdos de Cruceborg, Gyselherus de Tullestete advocatus ibidem, Hermannus de Netere, Willoys civis in Cruceb. et alii.

(adhaeret sig. propositi Henrici in Cruceborg. Auf der Rückseite der Urkunde steht: super censum in yffede cruceborg et hessenouwe. Hessenau, Wüstung bei Ifta.)

45.

1308. *Das Stift Fulda bestätigt die Schenkung Heinrichs von Bilstein von 4 Mansen zu Oberhone ans Kloster Germerode.*

Nos H. dei gracia Abbas, Marguardus Decanus, totusque conventus fuldensis ecclesie Recognoscimus . . quod cum nobilis vir Henricus de Bilstein zelo devocionis accensus priorisse et conventui Monasterii sanctimonialium in Germerode quatuor mansos sive hubas sitos in terminis ville Oberhonde quos a nobis tenuit in feudum et . . ibidem suum erat allodium sub infrascriptis modis et conditionibus in anime sue remedium contulisset et tradidisset, videlicet quod priorissa et Conventus predicte suis sumptibus et expensis, quendam teneant perpetuis temporibus sacerdotem qui in quodam altari dedicando in honorem omnium Angelorum, beati Thome apostoli et omnium apostolorum in dicto suo monasterio missam celebret omni die, quod quidem altare in festivitatibus beati Michahelis, beati Thome apo-

---

*) Soll nach deren Tode an's Kloster Germerode zurückfallen.

stoli et divisionis Apostolorum venerari debet specialiter in divinis, ac a nobis humiliter petivisset ut premissis assensum benivolum praeberemus, Nos cupientes cultum divini numinis augmentari, donacioni et traditioni pretactis pium probentes assensum, dictos quatuor mansos tractato inter nos prohabito diligenti, de consensu nostro ac propositorum nostrorum uanimi . . appropriamus . . ita tam quod priorissa et Conventus . . duas liberas cere in festo beati Bonifacii super altare ipsius in dicta fuldensi ecclesia singulis annis in signum recognicionis dominii de dictis quatuor mansis solvere teneantur, et quod H. predictus nobis quatuor mansus suos quos habet . . in terminis ville Albungen de consensu nobilium virorum Guntheri et Friderici fratrum dominorum de Salza proximorum heredum ipsius donet et tradat in recompensam et locum premissorum quatuor mansorum in Obernhonde a nobis proprietatis titulo perpetuo possidendos, quos quidem quatuor mansus in Albungen nos H. Abbas . . eidem H. loco prefatorum mansorum quatuor in Obernhonde in feudum postmodum concedimus. In quorum omnium testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa. Testes autem hujus sunt honorabiles viri Marguardus Decanus predictus . de Erpha propositus montis monasterii sancte Marie prope Fuldam, Ebirhardus de Rorinstein ecclesie fuldensis hospitelarius . R. dictus Eselskop, Nobiles viri Hermannus comes de Battinburg, Andreas dominus de Brunecke, Strenui viri Ludewicus de Schenkewalt, Henricus de Abiete, Simon de Slidese, Wigandus de Lutere, Cunradus de Bienbach milites, nostri et dicte nostre ecclesie Vasalli et quam plures alii. Datum anno dom. M.CCC.VIII . X Kal. Augusti.

(Mit dem grossen runden Fuldaer Conventssiegel und dem des Abts.)

46.

1309 tercio Idus Decembris. *Heinrich von Bilstein schenkt dem Kloster Germerode seine Güter in Oberhone.*

Nos Heynricus dictus de Byelstein universis . . cupimus esse notum quod . . Coenobitis in Germarrode, pio dei amoris intuitu dedimus nostra bona sita in superiori Honde cum omnibus censualibus attinenciis utpote possedit dominus Hermannus de Wisintveld jure proprietatis perpetue possidenda. Tali nihilominus conditione interjecta, quod eadem

bona ad procurationem dominarum ibidem inclusarum perpetue sint spectantia, et ut ibidem sacerdos perpetue teneatur, qui singulis diebus in altari a nobis dotato missam celebret in memoriam omnium fidelium defunctorum.

(Es hängt an das grosse herzförmige Treffurt'sche Siegel, ein Rad, mit der Umschrift: S. Heinrici filii senioris de Drivordia.)

47.

1309 Kassel XVII Kal. Octobr. *Landgraf Johannes bestätigt diese Schenkung.*

Nos Johannes dei gracia Lantgravius Terre Hassie, dominus, Recognoscimus . . quod appropriacionem quatuor mansorum, in villa superiori Honde sitorum quos olim Hermannus de Wysintfeld, plebanus in antedicta villa Hondin habuit et possedit, factum sanctimonalibus cenobii Germarrode, per venerabilem patrem, dominum nostrum Henricum abbatem fuldensis ecclesie, a quo idem mansi . . feodaliter dependebant, gratam gerimus atque ratam volentes, ut idem cenobium Germarrode hac appropriacione . . semper tueri volumus.

(Angehängt ist das grosse Landgräfliche Reitersiegel, auf dessen Rücken der hessische Wappenschild.)

48.

1310 in die Panthaleonis. *Das Kloster Reifenstein verkauft dem Kloster Germerode 1 Hufe zu Welsbach.*

Nos frater Hermannus Abbas et conventus in Ryphenstein recognoscimus, quod proposito et sanctimonialibus in Germerode vendidimus unum mansum in campis ville Welysbeche pro viginti marcis puri argenti . Testes . Erkenbertus de Owa, Johannes Elmari, Albertus Heroldi, Cunrad Engelbertus, Eberhardus Glune et alii.

(adhaeret sigillum abbatis de Ryfenstein.)

49.

1311 in crastino Margar. *Das Kloster Germerode erwirbt die Mühle zu Niederhone.*

Reynherus Decanus ecclesie Heylgenstad. judex a dominis sancte Maguntine sedis judicibus deputatus bekennt in Betreff

des Streits zwischen dem Kloster Germerode und der Berchta relicta quondam Alberti de Hocheym wegen einer Mühle zu Niederhone, die durch Strigerum sacerdotem an sie gekommen sei, dass letztere diese Mühle dem Kloster Germerode übergebe und dagegen jährlich vom Kloster eine Pension von 6 Malter Frucht und einem Schweine erhalte; nach ihrem Tode solle diese Pfründe an ihre Töchter, Nonnen zu Germerode, fallen pro emendatione suarum prebendarum. Zeugen: dominus Arnoldus et magister C. de Northusen, Canonici ecclesie Heilgenstadensis, magister erde Heilg. canonicus Northus. Hartmann Rector puerorum in Heilgenstad. Albertus de alta via. Hartmannus Rinnebuch Oppidani ibidem.

(Angehängt ist das Decanatssiegel — Ritter Georg, den Lindwurm tödtend.)

50.

1312 in die omnium sanctorum. *Anstellung eines Priesters im Filialkloster zu Welsbach.*

Frater Decanus et Officialis prepositure Jecheburgensis sanctimonialibus in Welsbeche sinceram in domino karitatem. Cum ad cultum divinum ampliandum in villa Welsbeche predicta plantacionem novi oraculi intendatis firmiter instaurare, in quo Christi virgines recepte non cessabunt dei laudem devotis vocibus sedulo decantare, Ideoque religiositati vestre ex nostro officio, licenciam habendi sacerdotem ydoneum ad tempora presentibus indulgemus, cujus celebracio esse non debet parrochiali ecclesie in Welsbeche sepedicte, in oblationibus et in aliis juribus parrochialibus nocitura.

(adhaeret sigillum ecclesie in Jecheburg.)

51.

1313 feria 3 post dom. Invocavit. *Der Rath der Stadt Eschwege bekennt, dass Bertold de Lapide das Kloster Germerode an der Mühle zu Niederhone nicht behindern wolle.*

(Sehr schadhafte Urkunde.)

52.

1315 in vigilia beate Katherine. *Der Rath der Stadt*

Eschwege bekennt, dass Ebberhard Glune dem Werkmeisteramt zu Germerode als Seelgeräthe geschenkt habe den Zins von 1 Huhne und 4 Schillingen Eschweger Währung, die Hermann Vinke de curia sua ante Boimenborgerthor geben müsse.

(adhaer. sig. civitatis majus.)

53.

1315 octavo Kalendas Marcii, hoc est in kathedra sancti Petri. *Eckhard von Cappel schenkt dem Kloster Germerode 1 fuldische Hufe bei Harmuthsachsen.*

Nos Ekkehardus de Cappele dictus de Grune cupimus fore notum . . quod . . consensu domine Alheydis nostre legittime . . dedimus Ecclesie in Germarrode cum dilecta filia nostra Jutta ibidem religioni et ordini tradita bona nostra videlicet Mansum Yuldensem sitam in aylsteche prope villam Ermensassen obtinentem tres mansus in agris fertilibus pratis atque silvis. . . Nos vero Hermannus de Velsperc . Hartradus de Richenbach famuli et communitas villanorum in Ermensassen hec audivisse et vidisse protestantur.

(Die grossen herzförmigen Siegel hängen an.)

54.

1315 feria 3 post dom. Quasimodogen. *Das Kloster Germerode erwirbt 2 Mansen in Welsbach.*

Nos Heymbrodus propositus, Kirstina priorissa totusque Conventus in Germarode recognoscimus . . quod dominus Conradus Sperysen Cantor ecclesie Heylgenstadensis nobis . . duos mansos in Nydern Welsbeche apud dominos Abbatem et Conventum in Hoenberg pro decem et octo marcis puri argenti comparavit, quod eidem domino Conrado ministrabimus de mansis predictis intuitu pensionis 12 maldra 6 puri tritici et 6 bone siliginis ad tempora vite sue in Molhusen vel in Eschenewege . ., quo mortuo tria maldra filie fratris sui et tria filie sororis sue consororibus nostris ad vestes vel ad alias necessitates suas cuilibet ad tempora vite sue. Acta sunt hec presentibus Gotfrido in Suebede, Hermanno in Tudenhusen *), Erkenberto in Greben-

---

*) Ausgegangenes Dorf zwischen Jestädt und Grebendorf.

dorf, Alberto in Owa, Heynrico in Tunczebach, Ecclesiarum plebanis.

55.

1315 feria 6. ante dom. Quasimodogeniti. *Denselben Erwerb betreffend.*

Nos Gyselerus dei gracia Abbas totusque Conventus Monasterii in Hoinberch ordinis sancti Benedicti prope Salcza recognoscimus .. quod .. ob recuperacionem duorum mansorum ecclesie nostre nobili viro domino Gunthero de Salcza obligatorum . . vendidimus proposito totique Conventui in Germarode duos mansos in campis ville Nidern Welsbech pro 18 marcis puri argenti . Testes dominus Hermannus de Nethere sacerdos, dominus Reynhardus sacerdos, frater Fridericus Commendator Curie in Aldenguttern, Albertus de Welsbeche famulus, Andreas de Eschenwege, Conrad Elgeri et Albertus de Welsbeche.

(adh. sig. conventus.)

56.

1315 X Kal. Januarii. *Das Kloster Germerode giebt Zehnten an die Pfarrei Niederhone.*

Intendit probare Henricus Rufus Rector ecclesie sancte Martini in Honde quod Priorissa et Conventus sanctimonialium in Germaroyde teneantur sibi solvere annuatim 3½ maldrum siliginis et unum maldrum avene nomine decimationis de bonis suis sitis in terminis ville inferioris Honde. . . Henricus dictus Bessere, primus testis, sagt, es verhielte sich also, er sei vor 30 Jahren famulus domini Strigeri gewesen. Damit stimmen noch 4 andere Zeugen.

57.

1316 IV. non. Decembris. *Das Kloster Germerode erwirbt Güter in Welsbach*).*

Nobili domino . . Bertoldo Comiti de Henneberc Lutolfus et Henricus fratres domini Castri Aldenguttern . . bona nostra in Nedern Welspeche videlicet tres mansos cum dimidio, duas marcas Mulhus. warandie provenientes

*) Siehe Urkunde 61.

de inpingnacionibus porcorum molendini ibidem cum aliis pensionibus denariorum et 6 pullos cum precio quod vocatur Hertmite de quibus a vobis et a vestris progenitoribus infeodati sumus . . vobis resignamus.

(Die grossen herzförmigen Siegel der von Guttern hängen an.)

58.

1316 pridie Idus Decembris. *Graf Bertold von Henneberg giebt seine Rechte an diesen Gütern, sowie das Patronatrecht zu Niederwelsbach, welches auf diesen $3^1/_2$ Hufen haftete, dem Kloster Germerode als Seelgeräthe.*

Testes: Guntherus de Salza, Conradus de Byenbach, Ortolfus de Rugerieth, Hertnidus de Monte, Bertoldus advocatus in Hennenberg milites, nostri fideles.

(adhaeret das grosse runde gräfliche Siegel, eine Henne, mit der Legende: S. comitis Bertoldi de Hennenbergh.)

59.

1316 16. Kal. May. *Das Kloster Germerode erwirbt Güter in Elberode*).*

In nomine domini amen. Nos Henricus prepositus totusque Conventus montis sancti Petri **) prope Hersfeldiam ordinis sti. Benedicti Erpibolensis Dyocesis recognoscimus . . quod . . Rudolfus Plebanus in Hyldegerode***) . . omnia bona sua in Eberolderode que a nobis jure hereditario possedit, solventia nostre Ecclesie singulis annis 16 solidos Eschwegensium denariorum maldrum avene cum dimidio mensure Eschwegensi et 6 pullos . . Preposito et Conventui Sanctimonalium in Germarode se vendidisse recognovit . . rogans quod . . preposito et Conventui predictis jure quo ipse possederat, conferre dignaremur. . . Testes: dominus Fridericus prepositus in Heyda . Hermannus plebanus in Hersfeldia . Henricus et Ludewicus sui socii ibidem sacerdotes et Hermannus Dyte.

(Angehängt das Siegel Heinrich's — der Apostel Petrus mit dem Schlüssel über dem boyneburgischen Wappen — und des Convents zum Petersberg. S. Urk. Nr. 76 und 78.)

---

*) Der jetzige Schafhof bei Germerode. — **) Dieses Stift besass mehr Güter in der Nähe, z. B. in Niddawitzhausen, Wankenrode. — ***) Hilgerode, auch Hildegarterode, ist eine Wüstung bei Urlettich (bei Mitterode).

60.

1317 4 Kal. Novembris. *Das Kloster Germerode erwirbt einen Hof in Eschwege.*

Nos Hartmudus de Sunthra . Albertus dictus Vleminc . magistri Consulum in Eschenewege . Ceterique Consules videlicet Conrad Houbit . Henricus Sperysen . Henricus Cappele . Henningus pet . Johannes Anczoph . Bertoldus dictus Hutere . Hermannus de Bruhardisdorf *) . Conrad Bilstein et Ludolfus in littore recognoscimus .. quod dominus Heymbradus de Bomeneborc, prepositus Sanctimonialium in Germerode, nomine ejusdem ecclesie sue curiam quendam Henrici dicti Houbetis pie recordacionis contra Albertum de Tastungen pro septem marcis puri argenti sibi persolutis . . comparavit . . Insuper nos unum fertonem puri argenti annis singulis consulibus in Eschenewege . . nomine exactionis dande ab ipsa curia acceptavimus. Nolentes eciam ipsos quacunque necessitate urgente super fertonem . . onerare. Eo tamen salvo quod noctis vigilias facient et custodes valve remunerabunt suo tempore sicut a singulis nostris concivibus fieri est consuetum. Preterea de speciali amicitia et favore damus domino proposito et qui loco suo in Germerode pro tempore fuerit jus municipale secundum nostre civitatis consuetudinem antiquitus approbatam.

(adhaeret sigillum civitatis majus.)

61.

1317 feria 6 post Epiphan. *Gerichtliche Beurkundung des Ankaufs von $3^1/_2$ Hufen etc. zu Welsbach* **).

Henricus de Uleyben Officiatus et judex in Tungesbrucken ***) ex parte principis Friderici Marchionis Misnensis Thuringieque lantgravii recognoscimus . . quod coram nobis constituti hodie existente plebicito terre communi, Heymbradus prepositus sanctimonialium in Germarode. Ludolfus et Henricus fratres domini Castri in Aldenguttern, Heylewigus et Agnes, uxores eorum, Ludolfus et Henricus, Albertus, Henricus et Fredericus ipsorum heredes, . . iidem fratres etc. bona in Nedernwelsbeche videlicet $3^1/_2$

---

*) Brausdorf, Wüstung bei Wipperode. — **) S. Urkunde 57 und 58. — ***) Thomasbrück.

mansos, 2 marcas Mulhus. warandie provenientes de inpignacionibus porcorum molendini ibidem cum aliis pensionibus denariorum pullos de censu quod hertmite vocatur ejusdem ville, sex eciam pullos ipsis de Curia Monasterii prefati debitos ipsis vendiderunt, insuper jus patronatus ejusdem ville. — (Die beiden Frauen verzichten.) Testes hujus resignacionis: Lodowicus de Ubeche *), Fredericus de Hophfgarten milites, Heyno de Slatheym, Hermannus de Heylingen, Hermannus de Novo foro, Berthous scrinfp, Reinhardus Scrinfp milites, Hermannus et Hermannus domini in Spangenberg, Johannes de Cornre, Ekkehardus Scellevilt, Hermannus de Sebeleyben, Henricus Biderkerichen, Heyno de Lengefelt, Ekkehardus vrigbote, Albertus de Welspeche famuli, dominus Henricus de Hattenbach, Henricus de Indagine, Guntherus Buchstein, Henricus Cappellanus dominorum in Aldenguttern, Rodolfus de Mila sacerdotes.

(adh. sig. H. de Uleyben — Helm mit 5 Federbüschen.)

62.

1317 feria 6 post Epiph. *Rudolph und Heinrich Brüder, domini in Aldenguttern, bekennen, dass sie dem Kloster Germerode ihre Güter in Niederwelsbach für 50 Mark reinen Silbers verkauft haben.*

Dieselben Zeugen, wie in Nr. 61.

63.

1317 quarto Idus Augusti. *Heinrich und Hartwig fratres, domini Castri in Erpha, geben als Mitbelehnte zu vorstehendem Kaufe Ludolfs und Heinrichs von Gottern, ihrer patruorum, ihren Consens; für ihren Abstand am Patronatrechte zu Niederwelsbach erhalten sie von ihren patruis das jus patronatus in Heroldeshusen.*

64.

1318 feria 6. ante diem palmarum. *Ludwig von Ubach verkauft dem Kloster Germerode Gefälle zu Niederwelsbach.*

---

*) Wüstung bei Mitterode. Die Ubach sind wohl eine Familie mit den von Muterode und von Diede. Alle führen dasselbe Wappen.

Nos Ludewicus de Ubeche miles cum Hermanno et Friderico meis filiis recognoscimus quod nostros redditus videlicet qui proprie dicuntur herberge in villa et campis Nidernwelspeche . . proposito et sanctimonalibus in Germarode vendidimus pro 10 marcis argenti puri et uno fertone. . . Testes: Guntherus de Wifferstete, Henricus de Ulleyben, officialis in Tungesbrucken, Hermannus de Sibeleiben, Thilo de Aula, Eckhard Vribote.

(adh. sig. Ludewici — herzförmiger, schwarz-weiss quadrirter Wappenschild.)

65.

1318 6. Kalendas Aprilis. *Landgraf Friedrich von Thüringen approprizirt vorstehende Gefälle als Lehnsherr Ludwigs von Ubach, seines Castrensen in Thomasbrück, dem Kloster Germerode in remedium animarum progenitorum.*

(Angehängt ist das grosse Landgräfliche Reitersiegel.)

66.

1319 in octava Joh. apostoli. *Ludwig von Ubach verkauft dem Kloster Germerode eine Wiese zu Welsbach.*

Ego Ludewicus de Ubeche miles recognosco, quod ex consensu Hermanni et Friderici filiorum meorum religiosis personis Cenobii in Germerode pratum quoddam juxta curiam earum Welspeche vendidi pro 5 fertonibus argenti puri, quod pratum a nobili viro, domino Bertoldo Comite de Hennenberg in feodo possedi '. Testes: Strenui famuli Herm. de Sybeleyben, Herm. de Gruzen, Th. de Sal, Albertus de Welspeche.

67.

1320 in crastino beati Thome. *Die Parochialkirche zu Welsbach wird dem Kloster Germerode incorporirt.*

Gotfridus Custos, Eberhardus Cantor, Totumque Capitulum Ecclesie Mogunt., sede et Decanatu vacantibus, universis salutem . . . Supplicacionibus priorisse et Conventus Monasterii in Germerode Mogunt. dioces. . . inclinati, Ecclesiam parrochialem sancti Blasii in Welsbeche cujus jus patronatus ad priorissam et conventum predictos pertinere dicitur, eidem Monasterio cum omnibus suis fructibus

. . damus, incorporamus et unimus, . . salvo, quod perpetuus vicarius in dicta Ecclesia per priorissam et Conventum prefatos locandus, Archidiacono loci presentetur et de Redditibus ipsius Ecclesie sufficiens prebenda et pensio eidem vicario unde sedis apostolice Episcopatia et alia jura, hospitalitatem et alia onera ipsius Ecclesie incumbencia sufferre valeat assignetur.

(adh. sig. majus capituli.)

68.

1320 3. Non. Februarii. *Helmbert *) von Sassen**) gibt dem Kloster Germerode 6 Acker Land zu Reichensachsen.*

Ego Helmbertus de Sayssen nec non Helmburgis mea legitima . . profitemur, quod de consensu Conradi, Hartungi et Hermanni heredum nostrorum . . dedimus Dilectis filiabus nostris Konegund, Mechthilde et Jutte . . sanctimonialibus cenobii Germarode in emendacionem vestium suarum et victualium sustentacionem sex agros hereditarios sitos in campis ville Sayssen, . . mortuis filiabus in Monasterium devolventur. . . Sigillo civium in Eschenewege. Nos Hartmudus de Sunthra Henricus Sperysen magister consulum ceterique scabini et consules duximus sigillum nostrum presentibus apponendum.

(adh. sigillum civitatis majus.)

69.

1321 feria 5. post purific. Marie. *Die von Erfa verkaufen dem Kloster Germerode Güter in Niederwelsbach.*

Nos Hartungus et Hartungus fratres domini Castri in Erpha recognoscimus, quod . . vendidimus Monasterio in Germarode prope Eschenewege bona nostra in villa Nedernwelspeche et campis ejus que a Nobili viro domino Bertoldo Comiti in Hennenberc in feudo habuimus videlicet quinque mansos cum quarta parte unius mansi, 33 solidos Mulhusensium denariorum annualis pensionis, 7 antas et 9 pullos provenientes de 2 mansis in campis ejusdem ville,

---

*) Er gehört dem Geschlechte der Spereisen an. — **) d. i. Reichensachsen.

pullos eciam de censu qui vulgo Hertmite dicitur . . excepto medio manso in terminis Camporum villarum Nedernwelspeche et Obernwelspeche . . pro 65 marcis puri argenti . Testes Conradus Decanus Ecclesie Heylgenstadensis, Fridericus plebanus in aldendorf, Conradus plebanus in Eschenewege, Albertus plebanus in Tudenhusen, Hartradus de Hunoldeshusen et Henricus frater suus, Henricus de Honsteyn, Bertoldus Eselskoph, Johannes de Tannen, Lodewicus de Vorenowe, Heyno dictus vout nec non Willoys opidanus in Cruceborg.

(adh. sig. Hart. de Erfa.)

70.

1321 in die palmarum h. e. pridie Idus Aprilis. *Willebrief des Grafen Bertold von Henneberg.*

Nos Bertoldus dei gracia Comes de Henneberc notum facimus . . quod nobiles viri Hartungus et Hartungus fratres Domini Castri Erpha fideles nostri dilecti 5 mansos . cett. (s. Urk. Nr. 69) resignarunt, Petentes ut ipsa bona Monasterio in Germarode appropriare dignaremur . . cum predicti nobis in villa Mechterstete de suis bonis propriis in recompensum horum bonorum 5 mansos cum quarta parte unius mansi, 33 solidos denariorum annualis pensionis, 6 antas et 12 pullos tradiderint et a nobis in feodo receperint. . . Testes: Illustris dominus Henricus Comes de Hennenberc . Magister Henricus de Vrymaria doctor sacre theologie, Conradus miles dictus de Rogerith, Albertus miles dictus de Cuborc, Gripho Marscalcus, Bertoldus sacerdos Cappellanus in Erpha.

(adh. sig. Comitis magnum.)

71.

1321 feria 6. in septimana Pasche *Gerichtliche Urkunde über den Verkauf der Güter in Nr. 69.*

Nos Heinricus de Weberstete Officiatus et judex in Tungesbrucken ex parte Principis Friderici Thuringie lantgravii recognoscimus, quod coram nobis presidentibus in plebicito communi hodie — dem Propste Heymbrod in Germarode die beiden Hartungus von Erfa übergeben haben die Güter, wie in Nr. 69 angegeben. — Testes Lutolfus dominus Castri aldenguttern, Hermannus de Sebeleyben,

Hermannus de Ubeche castrensis in Tungesbrucken . Henricus vicedominus advocatus in Bischoffesguttern. Heyno dictus vout, Albertus de Welspeche, Johannes Notarius in Tungesbrucken, Ekkehardus Vrygbote.

(adh. sig. H. de Weberstete.)

72.

1322 in vigilia beati Gregorii. *Erzbischof Matthias von Mainz bestätigt die Incorporation der Parochialkirche in Welsbach dem Kloster Germerode.*

(s. Urk. Nr. 67 — adh. sig. archiepiscopi — der heilige Martin.)

73.

1322 dominica proxima in festum beati Michahelis. *Die Klöster Kaufungen und Germerode tauschen Güter.*

Nos Jutta dei gracia Abbatissa totusque Conventus dominarum Ecclesie sancte Crucis in Coufungen recognoscimus . . quod cum . . proposito . Priorissa totoque Conventu . . in Germarode . . inivimus . . concambiam simpliciter in hunc modum . quod mansum unum situm in campis ville Walberc cum area in eadem villa . . que coluit Hermannus dictus Voltnant dedimus preposito etc. in Germarode. . . In recompensam . . recipimus . . bona eorum in Homenrode *), in Nyderncoufungen in Steymbul et in Wickenrode. Insuper est adjectum quod redditus unius quartalis avene qui datur domino lantgravio vel suo advocato in Richenbach ad pensionem advocati predicti que vulgo dicitur voutrecht deponemus de sepedicto manso et volumus ut dicta pensio unius quartalis avene . . de nostro allodio in Walberc . . ministratur . . ut Ecclesia in Germarode predictum mansum libere a nobis traditum possideat. Testes: domini Gumpertus sacerdos prebendarius in Coufungen, Henricus plebanus in Walberc . Rodolfus de Myla sacerdos . Herwicus de Dytmelle advocatus in Richenbach . Henricus de Retherode . Henricus de Haynbach et siffridus calcifex.

(Angehängt sind die grossen ovalen Siegel der Aebtissin und des Convents, letzteres von sehr schönem Stempel — der gekreuzigte Christus mit der Legende in Uncialen: Sigillum ecclesie sancte crucis in Couphungen.)

---

*) Vielleicht die Wüstung Hemmenrode bei Kassel, s. Landau, Wüstungen S. 56.

74.

1325 Oculi. *Die von Venne schenken dem Kloster Germerode Gefälle in Wichdorf und Unterhausen.*

Ego Johannes dictus de Venne *) famulus et Johannes filius et Mergardis filia mea . . recognoscimus . . quod Elyzabet filie quondam Widikindi dicti vrygen moniali in ghermerode annuam pensionem dimidii maldri siliginis . . assignavimus . . singulis annis de bonis nostris in wichtorp et in inferiori Husen **), ad nos ex parte prefati Widekindi hereditarie devolutis, que bona ecclesie in Hasungen nunc vendidimus . . Ne autem ecclesia in Hasungen . . patiatur aliquod detrimentum, prefate ecclesie universa bona nostra in Rittervenne ***) obligamus in equalem recompensam. . . Testes: Hermannus et Wernherus fratres milites dicti de gudinberg, Johannes et Henricus fratres de elbene, tylo de werchen, castellani in gudinspurg una et proconsules atque consules ibidem . . Sigillo Hermanni dicti Wackermule.

75.

1325 XIII. Kal. Junii. *Die von Hornsberg erhalten vom Kloster Germerode Wolfsanger zu Erbe.*

Nos Andreas et Hertyngus fratres dicti de Hornsperg nostrique heredes Recognoscimus . . quod Heymbradus prepositus necnon Kristina priorissa Totusque conventus Cenobii in Germerode nobis . . hereditario tytulo villam dictam Wolvesanger cum omnibus suis pertinentiis contulerunt videlicet nemoribus pratis agris campis pascuis et aquis et aliis universis suis juribus quesitis et querendis honore et commodo perpetue possidencia Conditione tali interposita et adjecta ut ipse Andreas et Hertyngus seu nostri heredes singulis annis unam libram hallensium conventui ministremus.

(adh. sigilla de Hornsperg.)

76.

1325 feria 4 ante festum Martini. *Das Kloster Germerode erwirbt Güter in Elberode.*

Ego Theodericus Wedegonis miles . . recognosco .

*) Wüstung bei Gudensberg. s. Landau, Wüstungen S. 158. — **) Hausen ist eine Wüstung bei Kappel und Obermöllrich, s. Landau, l. c. S. 147. — ***) S. Landau, l. c. S. 159.

quod vendicionem ville Ewerolderode per dominum Rodolfum de Myla plebanum in Hildegerode meum avunculum cum consensu heredum suorum Conventui ac monasterio sanctimonialium in Germerode . . factam . . cum certis bonis a Conrado dicto hobeth civi in Eschenewege . . sibi comparatis approbo . . et warandiam ab omni impugnacione Waltheri de Myla soceris mei ac uxoris sue nec non Waltheri, Heynrici et Gerdrudis ipsorum liberorum . . Sigillo meo ac sigillis . . Johannis plebani in Rusteberg, Witzelonis militis de Ragolderode nec non Hartradi de Hunoldeshusen famuli.

(adh. sigilla, s. Urk. Nr. 58.)

77.

1326 6. Idus Martii., *Albert von Weidenhausen verkauft dem Kloster Germerode* $^{1}/_{2}$ *Manse zu Elberode.*

Nos Heinricus junior terre hassie lantgravius . . volumus esse notum . quod Albertus de Weidenhusen . . vendidit . . Sanctimonialibus Ecclesie in Germerode dimidium mansum in Eberolderade testantibus Henrico plebano in Apterade, Johanne plebano in Hunoldeshusen, Hermanno dicto Berman, Henrico de Widenhusen, Hermanno de Treyse, pro 2 marcis et uno fertone puri argenti.

(adh. sig. lantgravii minus.)

78.

1326 16. Kal. Febr. *Rudolf von Myla verkauft dem Kloster Germerode Güter zu Elberode.*

Rudolfus dictus de Myla Plebanus in Hyldegerode cupio fore notum quod . . vendidi . . proposito Priorisse et Conventui in Germarode omnia bona mea in Eberolderode cum omnibus suis juribus et pertinenciis . . videlicet agris, pratis, pascuis atque lignis . . que quondam a Hermanno dicto Sneyttelere et Conrado dicto Houbet titulo empcionis comparavimus pro 16 marcis puri argenti. . . Testes dominus Hartungus Plebanus in Ermensassen, Johannes Plebanus in Hunoldeshusen, Th. sacerdos vicarius in Germarode, Hermannus Cellerarius ibidem, Conradus et Henricus Carpentarii, Bertoldus opilio et alii.

(adh. sig. Rudolfi, s. Urk. Mr. 58.)

79.

1326 in die beati Luce evangeliste. *Albert von Welsbach verkauft dem Kloster Germerode eine halbe Hufe zu Niederwelsbach.*

Ego Albertus dictus de Welspeche et Gysele uxor mea recognoscimus, quod cum consensu heredum nostrorum videlicet Hermanni, Alberti, Herdigeni ac Tele, necnon Theoderici dicti de Herneslyben, Theoderici de Appenheylgen ac aliorum . dimidium mansum, qui vulgariter dicitur ginartes hove in campis ville Nedernwelspeche de quo singulis annis duo solidi persolvebantur Ecclesie in germerode vendidimus pro 14 talentis Molhus. denariorum. Sigillo Ludolfi de Guttern . Testes: dominus Hermannus de Neter plebanus in Tenstede, dominus Bruno capellanus in Nederwelspeche, Dytmarus de Appenheylgen, frater Conradus dictus Elgere.

(adh. sig. de Guttern.)

80.

1326 feria proxima ante Remigii. *Reinhardus dictus Stolzce, advocatus in Tungesbrucken, bekennt, dass Ditmarus de Welsbechė dem Kloster Germerode $^1/_2$ Hufė in Niederwelsbach vor Gericht verkauft habe.*

Testes: Th. miles et H. dicti de Gruzen, Kristanus Stozebrant, Jo. scriptor jurisdictionis, Th. fribote.

(adh. sig. Reinhardi.)

81.

1326 idibus decembris. Erford. *Einweihung der Capelle zu Welsbach.*

Mathias Magunt. sedis Archiepiscopus . proposito Priorisse et Conventui in Germerode salutem . Ut Capella curie vestre in Welspeche cum altari in ipsa erigendo a domino Ditmaro episcopo Gabulensi gerente in spiritualibus vices nostras consecrari valeat, presentibus indulgemus, nolentes tamen hoc plebano loci vel sue parrochie in aliquo derogari.

(adh. sigillum Mathiae majus.)

82.

1327 in festo nativitatis beate Marie. *Die von Eltmannshausen verkaufen dem Kloster Germerode ihre Güter zu Wankenrode*).*

Nos consules in Witzenhusen recognoscimus .. quod Hermannus de Eltwineshusen filius quondam Henrici opidani in Witzenhusen . cum gerdrude sorore sua et Mechthilde uxore sua recognovit, se . . vendidisse bona sua in Wannekenrode eo jure et utilitate quibus pater suus ac ipse possedit . . permissione Henrici et Engelfridi fratrum Hermanni absencium . . proposito et conventui cenobii in Germarode pro 10 marcis argenti puri. — Vom Propste des Hersfelder Peterstifts, dem Lehnherrn, will er Währschaft bringen. Bürgen: H. de Buren sen. et jun. et Johannes dictus Cruse cives in Witzenhusen.

(adh. sig. civium de Wiccenhusen majus — 3 Thürme — s. Urk. Nr. 83 u. 84.)

83.

1328 feria 6. post octavam Epiphanie. *Landgraf Heinrich approprizirt dem Kloster Germerode Güter zu Wankenrode, Grebendorf und Welferlingsborn.*

Nos Heinricus dei gracia Lantgravius terre Hassie profitemur . . quod in remedium animarum parentum nostrorum ac proprie anime salutem necnon propter obsequia per . . Heimeradum propositum in Germerode . Capellanum nostrum et Conventum ibidem . . eidem proposito et sanctimonialibus . . bona quedam sita in Wanichinrade cum suis pertinentiis, per eundem propositum et conventum apud Hermannum de Eltwinshusen de nostro consensu empta a jure nostro advocacie volgariter dicto voitrecht . . liberavimus. Transferentes . . preterea duos Mansos unum in villa Grebindorf . . per Ulricum de Owe et alium in villa Welferlingisburne**) situm per Henricum de Bomenburg predicto Conventui nomine testamenti in extremis legatos . quos a nobis possidebant jure feodali . . liberavimus.

(Angehängt ist das landgräfliche grosse Reitersiegel.)

*) Wüstung bei Alberode und Mönchhof. cf. Landau, Wüstungen S. 307. — **) Wüstung zwischen Hoheneiche und Wichmannshausen.

84.

1329 16. Kal. Augusti. *Der Propst zu Petersberg approprizirt dem Kloster Germerode das Gut zu Wankenrode.*

In nomine domini amen. Nos Henricus propositus totusque collegium Montis sancti Petri prope Hersfeldam ordinis sancti Benedicti Erbipolensis dyocesis recognoscimus . . quod Hermannus dictus de Eltwinhusen et filius suus Henricus et filii fratris sui Henrici etc. *) . . bona sua in Wankenrode que a nobis jure hereditario possiderunt solventia nostre Ecclesie singulis annis 4 solidos Escheneweg. denariorum . . Preposito et Conventui in Germerode se vendidisse recognoverunt. . . . . Nos bona dicta . . in dictum Monasterium transferimus . . pensione tamen annuali nobis reservata. Testes: dom. Fredericus propositus in Merica **) . Hermannus plebanus in Hersfeldia . Henricus de Vrilingen . Lodewicus raphinc socii sui sacerdotes et alii.

(adh. sig. conventus et prepositi. Letzteres: St. Peter über dem boyneburgischen Wappen.)

85.

1329 16. Kal. Augusti. *Das Kloster Germerode vergiebt eine Pfründe zu Welsbach.*

Nos Heimbrodus prepositus et Jutta priorissa totusque Conventus in Germerode recognoscimus . . quod jure propter deum et ad preces domini Her. plebani in Tenstete dicti de Netere dedimus viro Henrico filio Seguwini de Frankensten 3 maldra Erford. mensure triplicis annone videlicet tritici, siliginis et ordei cum 10 solidis denariorum Erfordens. monete in nostro allodio Welspeche singulis annis quamdiu vixerit.

86.

1332 in die dom. vocem Jucunditatis. *Gerhard von Wassenhausen ***) verkauft dem Kloster Germerode seine Güter in Alberode, Vierhaus †) und Varsrode ††).*

Nos Gerhardus de Wassenhusen Ermengardis uxor

*) Siehe Urkunde Nr. 82. — **) Heida bei Morschen. — ***) Wüstung zwischen Niddawitzhausen und Reichensachsen. — †) Wüstung bei Alberode. — ††) Wüstung zwischen Alberode und Wipperode, auch Forstrode genannt.

mea . . et Johannes meus filius . . recognoscimus . . quod nos . . coram honorabilibus viris Castrensibus in Tungesbrucken et in Gotta abrenuntiasse de omnibus bonis nostris de duabus villis nostris videlicet Albelderade et Verhuos dictis . . una cum quodam nemore dicto Waresrod per nos venditis domino preposito et Conventui sanctimonialium Ecclesie in Germarrode. . . Cum sigillis Teoderici de Sebelleyben militis in Gotta et Hermanni de Grussen militis in Tungesbrucken Castrensium . Testes: Fr. de Sebelleyben, Herm. de Grussen, Fredericus dc Hezstete, Th. de indagine, th. de nazza, Eckardus de hochheym, Johannes de lengevelt et Friedericus de Ubeche et alii.

(adh. sigilla).

87.

1332 sabbato prox. post Pancratii. *Landgraf Heinrich von Hessen bezeugt vorstehenden Kauf.*

(Angehängt ist das landgräfliche grosse Reitersiegel.)

88.

1333 sexto idus junii. *Der Rath zu Eschwege bezeugt auch, dass Gerhard von Wassenhusen villam suam in alboIderode, villam desertam dictam virhus et silvam varesrod dem Kloster Germerode für 21 Mark reinen Silbers verkauft habe.*

(adh. sig. civit. majus.)

89.

1333 6. feria ante diem beati Jacobi. *Heinrich Tepcher stiftet ein Seelgeräthe ans Kloster Germerode.*

Nos Albertus Engelberti in Eschenewege, Bertoldus Waltheri in Rusteberg, Ecclesiarum plebani nec non Hermannus Dythonis miles ac Reynhardus de Bomeneburg armiger Recognoscimus . . Heynricum dictum Tepcher coram nobis constitutum . ipsum suo et Gerdrudis uxoris ipsius legitime nomine . dominum Meymbradum propositum in Germarode nomine Conventus ibidem ac ipsum Conventum veras heredes super 10 maldros siliginis apud dominum albertum de Ouwa militem et suas veras heredes . pro 10 marcis puri argenti emptis . annue pensionis . . de

uno mansu suo sito in campis ville ouwa consensu eciam venerabilis domine Abbatisse montis sancti Cyriaci in Esschenewege, tanquam domine hereditarie ipsius mansi . benevole accedente . . ipso domino proposito . . elegisse et deputasse . . pro remedio animarum.

(adh. sig. Alberti Engelberti.)

90.

1334 6. Kal. May. *Das Kloster Germerode kauft Land zu Elberode.*

Nos Conradus, Hermannus et Henricus fratres de Barkoben *) . . vendidimus . . preposito et conventui Sanctimonialium Cenobii in germarode 20 agros in campis curie Eberolderode . . pro 7 taléntis hallensium. . . Sigillo domini Rudolfi plebani in Hildegerode nostri cognati.

(adh. sig. Rudolfi Mila pl. in Hildegerode.)

91.

1334 dominica Invocavit. *Hartrad von Reichenbach verkauft dem Kloster Germerode Gefälle zu Oberrodebach.*

Hartradus dictus de Rychenbach armiger recognosco de voluntate Hartradi filii mei . . quod vendidi religiosis dominabus Hedewigi sorori mee et Katherine nepti mee dictis de richenbach monialibus in Germerodde quatuor maldros, 2 videlicet maldros siliginis et 2 avene pro 2 marcis puri argenti annue pensionis de bonis meis que colit Cunradus dictus buch de superiori rodebach **) sitis in campis ville dicte armissassen ***) (Fällt nach dem Tode der beiden Nonnen dem Kloster zu). Testes: Heymeradus propos. in Germerodde, Soffia de Bomeneborch soror propositi, alheydis de Spangenberg et agnes dicta de Bomeneborch, moniales.

(adh. sig. Hartradi.)

92.

1334 feria 6. ante dom. letare. *Gyssla relicta Alberti de Welspeche und ihre Söhne verkaufen dem Kloster Germerode ½ Manse in Welsbach, die vom Kloster Germerode zu Lehn geht, für 10 Talente denar. Mulhus.*

---

*) Burghofen. — **) Das heutige Rodebach bei Germerode. — ***) Harmuthsachsen.

— — Presentibus domino Brunone presbytero cappellano in Welspiche stacio notario domini Lantgravii terre Hassie, fratre Cunrado Vruso, Henrico Molendinario, Eckehardo ante curiam, Heinrico dicto Hopphensach.

(adh. sig. Heinrici de Guttern famuli.)

93.

1335 in die beati Remigii. *Landgraf Friedrich von Thüringen approprizirt dem Kloster Germerode 2 Talente zu Hoheneiche.*

Nos Fridericus dei gracia Thuringie Lantgravius Mysnens. et Orient. Marchio, dominus terre Plysnensis, Recognoscimus quod ob divini cultus ampliacionem, sinceris germane nostre Karissime Elizabeth Hassie Lantgravie supplicacionibus inclinati, Monasterio beate Marie virginis gloriose in Germerode, duo Talenta denariorum annue pensionis Eschenewegensis monete, que olim Reynhardus de Boumelburg, filius quidam Bottonis de Boumelborg in villa Honecke a nobis feoudi possederat titulo, favorabiliter appropriavimus.

(Angehängt ist das grosse landgräfliche Reitersiegel.)

94.

1335 in die kathedre beati Petri. *Seelgeräthe Reinhards von Boyneburg.*

In nomine domini amen. — Ego Reinhardus de Bomeneburg famulus volens . . ad monasterium in Germarode . . confugere ibique domino . . famulari ac anime mee de salubri remedio providere de consensu . . domini Bertoldi plebani in Suebede, nec non Heynrici et Waltheri fratrum et aliorum heredum meorum me et bona mea infra scripta videlicet in Hoeneychen sextum dimidium maldrum siliginis, sextum dimidium maldrum avene, octo solidos denariorum Eschenewegensium, sexagenam ovorum, antam, duos pullos michah. et unum pullum in carnis p. que solvit Theod. dictus Stressing ibidem, et cetera . . . ., item in Hochusen*) tria quartalia tritici de bonis domini Johannis de Gerstungen, item in Graneborn 18 solidos denar. Escheneweg., quos solvit Bertoldus de Wangeheym ibidem . ., item in Wych-

---

*) Wüstung bei Grandenborn.

manshusen 2 solidos . ., item in Suntra 3 sol. . ., $3^1/_2$ sol. den. Eschw. quos solvit Hermannus Flemyng de bonis in Honde, item $3^1/_2$ fertonem argenti puri solvendos singulis annis per Consules in Wiczenhusen in festo Christi . . dominabus et monasterio in Germarode ob salutem anime mee, do, transfero et assigno, ita tamen quod pensionem denariorum predictam ad ipsam vite mee tollam, post mortem vero meam medietatem pensionis sororibus meis duabus et filie Hartradi de Hunoldeshusen avunculi mei sanctimonialibus in germarode — et post earum mortem medietas proposito, et medietas dominabus solvatur, . . et apud ipsum monasterium quamdiu vixero habebo vestitum et victum. Sigillo Heymbradi propositi in Germarode, et Reynhardi predicti nec non dominorum Bertoldi de Hunoldeshusen plebani in Rusteberg, Hermanni Dythonis et Alberti de Ouwa militum. Testes: Johannes de Lychberge et Lodewicus Dythonis.

(adh. 5 sigilla.) S. Urk. Nr. 110 und 171.

95.

1336 4. nonas decembris. *Die Keudel verkaufen dem Kloster Germerode Güter zu Orpherode und Niederhone.*

Nos Bertoldus Koydil dictus Joese . Mecza *) contoralis mea legitima . Koydil . symon . hunoldus . katherina et soffia filii nostri legitimi . . profitemur . quod . . Heymerado . proposito . Hedewigi . priorisse totique conventui Cenobii in Germerodde . quinque mansus cum dimidio in campis ville arnolverodde sitis, cum dimidio manso in campis ville honde et tribus areis in dicta villa honde sitis vendidimus pro 58 marcis puri arg. ponderis et puritatis eschwegensis . Mechtildisque sibi dicta bona nomine dotis esse assignata affirmabat . . resignavit . Adhaerent sigilla nobilium virorum Henrici de Honsteyn militis et Hermanni de Bomeneborch armigeris . Testes: Bertoldus plebanus in swebede, Ludewicus de cassle sacerdotes, Heymeradus plebanus in olphena, Hermannus filius Cunradi de Bomeneborch, Cunradus de Wildecke et alii.

(Angehängt sind die beiden herzförmigen boyneburgischen Siegel, das erste mit der Umschrift: sig. Henrici de Bomeneburg dicti de Honstein.)

---

*) i. e. Mechtild, s. unten.

96.

1336 in die beati viti. *Landgraf Heinrich approprizirt auf Bitten des Klosters Germerode demselben vorstehende Güter zu Arnolferode und in inferiori villa Honde, die Bertoldus dictus Keudil yose von ihm zu Lehn gehabt.*

(adh. sig. magnum equestre.)

97.

1337 an aller heligen abende. *Das Keudelsche Gut zu Orpherode betreffend.*

Ich koedil von Breitowe spreche daz by mins hern huldin vnd vf min truwe vnd min ere . . Sogetan gut als ich hatte zcu Arnolverode, daz ich verkauft han deme closter zcu Germerode daz ich daz gehat han funfzcig jar vnd me vor eyn vri gut vnd daz mine vater vor eyn vri gut maing Jar gehat hat. Besiegelt von Aple von Rumerode Ritter. Zeugen: dy erbern lute Her Hemerat von Bomilborg eyn pherrer zcu olphena, herman sin bruder, Diterich fon Heldirsteyn, albracht von Heginrode vnd andirs fil biderber lute.

(Rumerodes Siegel hängt an.)

98.

1337 Donnerstag vor Ostern. *Heinrich von Salza approprizirt dem Kloster Germerode 2 Hufen zu Niederwelsbach.*

Wir Henrich ein Herre zu Salza bekennen, dass wie . . dem gotishuse zu Germarrode 2 huve zu nidernwelsbeche durch got vnd bete Reynoldis von Webirstet, der dieselben von uns zu lene hat gehat, wenn er anderre huve zw von vns empfangen hat zu lene die gelegen sint zu Webirstet, übergeben. Gezuge Her Rudolf von Lengevelt der pherrer, Her Brun der pherrer zu Welsbeche, Her Ditherich von gruzin der Ritter, Giselh. von sunthusen vnd Henrich von Lengevelt.

(Salza's Siegel hängt an.)

99.

1337 frythag in der Cristwochen. *Reinold von*

Weberstet übergiebt dem Kloster Germerode vorgenannte 2 Hufen.

Wir Henr. von Nezelreden Ritter vnde Gocze von Mollisdorf Voythe czu Thungesbrucken des . . Marckgr. von Myssen bekennen . . daz Reynolt von Weberstete der lange . . hat geeygent czuwo Hufe Landis czu welsbeche vor dem lantdinge vnde vor dem stule czu Thungesbrucken . . dem kloster czu Germarrode . Geczuck: Her Thiczmann von Weberstete, Her Dyther von Gruzzen, Her Henrich von Weberstete Rittere, Her Heynrich by der Kerichen, Jan von Lengefeylt, Eckhart fuz vnde Thiczen Gans.

(Das Siegel der beiden Vögte hängt an.)

100.

1338 an sente Mychhelestage. *„Otte geheyzzen von Nettere knappe“ (v)erkauft mit Willen seiner Frau Petersen an „Elzebed von Netter“ seine Schwester und Gerdrud seine Tochter, Klosterfrauen zu Germerode, 8 Schillinge Eschw. Pfennige Gülte, zu Eschwege fällig.*

(Otto's Siegel hängt an — das boyneburgische Wappen mit 2 Schlangen.)

101.

1338 sabbato proximo ante Oculi. *Ludwig von Baumbach empfängt vom Kloster Germerode Grimolderode*) zu Erbe.*

Ego Ludewicus de Boymbach miles . . recognosco . . quod desertum Grymolderode dictum a . . viro domino proposito in Germerode nec non ab ipsis monialibus ibidem jure hereditario teneo . . perpetuis temporibus possidendum . . omnibus juribus usufructibus honoribus, pratis, pascuis, nemoribus . . ita tam . quod claustro in germerode 10 solidos hallensium annue pensionis . . porrigere debeo.

(adh. sig. L. de B.)

102.

1340 feria 2. ante Marci Evangeliste. *Das Kloster Germerode verkauft Güter zu Germerode und Elkenhain an die Bauern zu Germerode auf Erbleihe.*

---

*) jetzt Glimmerode, Wüstung im Giesenhain bei Blankenbach. S. Landau, Wüstungen S. 328.

Datum per copiam sub sigillo honorabilis viri plebani in Bomeneborgk. In nomine Domini amen. . . Nos Heymbradus prepositus Hedewigis priorissa totusque conventus sanctimonialium monasterii in germarode . . recognoscimus . . quod . . nos 34 mansos in campis . . ville Germerode sitos et 12 mansos sitos in Elkenhagin quemlibet mansum pro 24 solidos hallensium rite et racionabiliter vendidisse villanis in germerode et post eos suis veris heredibus perpetuis temporibus possidendos Preterea recognoscimus quod predicta bona ipsis prefatis villanis . hereditamus per presentes Ita tamen quod de unoquoque manso dimidiam sexagenam ovorum in festo pasche unum pullum in carnis brevio et 3 maldra equipartem siliginis et avene singulis annis in festo sanct Michaelis nobis debeant dare et ministrare de domibus vero areis et pratis ipsorum redditus et pensionem consuetam et ab antiquo ministratam nobis similiter dare debent eo tempore quo ipsos antiquitus dare consueverant proviso tamen quod si aliquis de predictis villanis bona sua venderet . . Extunc emens seu intrans bona dicta dabit nobis 2 solidos denariorum Esschenewegensium vendens vero seu exiens dabit 3 solid. denar. Esscheneweghe usualium seu legalium. . . In cujus facti evidens testimonium prefatis villanis dedimus presens scriptum nostri conventus sigillo firmiter roboratum.

(adh. sig. Heimeradi plebani.)

103.

1340 in die Prisce virginis beate. *Ludwig von Arnoldshain verkauft dem Kloster Germerode 1 Mark Gülte zu Siegershausen.*

Noverint universi . . quod ego Ludewicus de Arnoldeshagin cum voluntate heredum meorum videlicet Ludewici, Johannis, Ymme, Jutte, Elizabet et Ysentrudis pensionem unius marce argenti ex omnibus bonis meis . . in seghehardishusen . . que bona ab Ecclesia . . in germerode hereditario seu emphitiotico jure possideo pro 11 marcis argenti vendidi Ecclesie et Conventui in Germerode . Et prefatum conventum per fimbrias meorum vestimentorum in possessionem pensionis duxi. Testes sunt strenui milites Echardus et Wernherus fratres dicti de Welsperg, Appello de Wickissa famulus, dominus Henricus de Wern, viceplebanus in Lychtenowe, Conradus Haghemeister, Henricus

ghyse et Heinicke Haghemeister et plures. . . Nos Hartmannus de Schirkede commendator teutonicorum domus in Ryghenbac, Wernherus de Welsperg, henricus ghyse, proconsules, Conradus haghemeister, Hennicke haghemeister ceterique consules in Lychtenowe nostra sigilla et sigillum nostre civitatis in Lychtenowe appendimus.

(adh. 3 sigilla; das von Lichtenau — über dem hessischen Löwen steigen 2 Gebäude mit Thürmen auf — mit der Legende: S. civium et universitatis in Lichtenouwe. cf. Urk. Nr. 37.)

104.

1341 feria 4. post festum Johannis. *Derselbe verkauft demselben weitere Gefälle daselbst.*

Ludewicus de Arnoldeshagin cum consensu heredum . . pensionem 2 quartalium siliginis, $2^1/_2$ quartalium avene, Modium seu sephelmum*) tritici hassiensis seu cassiensis mensure, 6 libras sepi cum sex pullis ex omnibus bonis in seghehardishusen, que bona ab Ecclesia in Germerode hereditario jure i. e. zu Erfereytte possideo, pro 7 marcis puri argenti vendidi Ecclesie in Germerode. Testes Henricus beyger, Henricus de reyterode, Henricus Weyze famuli, Reinhardus de Boyneburg prebendarius in Germerode et dominus Henricus de crakowe sacerdos.

(Die Urkunde ist besiegelt wie Nr. 103.)

105.

1341 die dominica prox. post assumptionem Marie. *Landgraf Heinrich von Hessen approprizirt $^1/_2$ Manse in Elberode, die Apelo von Honde von ihm zu Lehn gehabt, dem Kloster Germerode.*

(adh. sig. minus.)

106.

1341 feria 6. post domin. qua cantatur circumdederunt me. *Die von Sontra verkaufen dem Kloster Germerode $1^1/_2$ Mansen zu Oberhone.*

Ego Heynricus de Hoenstein miles . Recognosco . . quod Hartmudus de Suntra civis in Esschenewege de . . consensu Gerdrudis uxoris sue legitime nec non dominorum

*) Scheffel.

Heynrici et Arnoldi sacerdotum filiorum, Hermanni Nortman, Heymbrici de Spangenberg, generorum suorum ac aliorum . . heredum . . vendidit domino Heymbrado proposito et Conventui dominarum Monasterii in Germerade . mansum et dimidium . cum domo et curia ac loco horrei in villa et terminis villi Obernhonde sitos . . perpetuis temporibus possidendis . mihique tanquam domino hereditario dictorum bonorum et meis heredibus singulis annis duos solidos denariorum Esschenewegensium nomine census de predictis bonis persolvendos . . meo consensu . . pro 37 marcis communis warandie Esschenewegensis Testes sunt honorabiles et strenui viri dom. Bertoldus de Hunoldeshusen . Bertoldus plebanus in Suebede ejus avunculus . Albertus de Ouwa miles . Reinhardus de Bomeneburg . Lodewicus Dyete . Hermannus nortman . Heymbricus de Spangenberg generi predicti Hartmudi et alii.

(adh. sig. H. de Hoenstein — herzförmiges boyneburgisches Wappenschild.)

107.

1341 in die beati Viti martyris. *Johannes de Sunthra, Canonicus Ecclesie Magdeburgensis et Plebanus in Wittin, genehmigt vorstehenden Verkauf seines Vaters.*

(adh. sig. J. de S. — ein Geistlicher mit dem sontraischen-boyneburgischen Wappen.)

108.

1343 an dem thage vnses herrn hymelfart. *Landgraf Heinrich von Hessen giebt seinen lehnsherrlichen Consens, dass Hedwig Gotze den Klosterfrauen Ilsebet, Reyngart und Gele von Neter und Reyngart von Muterode zu Germerode 3 Pfund Heller aus ihren Mühlen zu Vockerode verpfändet; auch will sie denselben 1 Schwein mästen.*

(Angehängt ist das landgräfliche Reitersiegel.)

109.

1296. *Ludwig von Cappel giebt dem Kloster Cornberg 16 Schillinge Gülte in Rockensüss.*

Nos Ludewicus Miles dictus de Kappele omnibus presens scriptum visuris cupimus esse notum, quod proventus sive reditus sedecim solidorum quos habuimus in Rochensuze a conventu montis sancti Ciriaci in Eschewege iure feodali, contulimus conventui sanctimonialium

*) Kommt hier zuerst vor.

in Korenberch jure proprietatis perpetuo possidendos, ut autem hec donacio sive collacio robur firmius obtineat hanc presentem litteram sigillo domine abbatisse sive Conventus Montis sancti Cyriaci iam predicti a quo predictos reditus cum eorum proventibus in feodo habuimus ordinavimus communiri . hujus autem collacionis Testes sunt Hartradus miles dictus de richenbach, Heinricus dictus de Hoenstein, Erkenbertus, Heinricus scultetus dictus de sunthra . Datum anno domini m . cc . nonagesimo vi . proximo die sive in crastino Scolastice virginis venerande.

35.

Ohne Angabe des Jahres, die Urkunde muss aber vor 1296 ausgestellt sein, da noch Bubenbach genannt wird. *Hartrad von Rotenburg und Hartrad von Wildenberg schenken dem Kloster Bubenbach Güter in Spatens (Oberdens).*

Reverende Domine sue Abbatisse monasterii in Essenewege, Hartradus de Rotenberg et Hartradus de Wildenberg tam debitum quam paratum in omnibus famulatum Reverencie vestre duximus supplicandum quatenus bona in Spatens que a vobis in feodo habuimus Dei intuitu et servicii nostri respectu ecclesie in Bubenbach conferatis, quod apud vos in perpetuum studebimus promereri . Sigillo Bertoldi militis contenti sumus.

(Ein Siegel mit 2 Querbalken [miles de Rotenburg?], dessen Umschrift unleserlich ist, hängt an. Spatens, wohl verschrieben für superiori tens (spi), d. i. Oberdens. Auf dem Rücken der Urkunde steht von alter Hand »obir tens«, und von späterer Hand: »bona in Spatens ecclesie in Bubenbach«. Der obere Theil des Dorfes Dens heisst übrigens noch heute das Oberland, der untere das Unterland.)

36.

1297. *Das Kloster Cornberg bittet um Unterstützung.*

Hartlibus prepositus L. priorissa Totusque conventus sanctimonialium in Coremberg ordinis sancti Benedicti Archipresbyteris, plebanis, viceplebanis ac Ecclesiarum Rectoribus ad quos presens scriptum pervenerit oracionum suarum devocionem, gratum obsequium a deo pium tociens inpendere

opinamur quociens mentes fidelium ad caritatis opera excitamus ut terrenis pro celestibus felici commercio commutetur glorificetur dominus deus delictorum suorum veniam consequatur. Cum igitur monasterium sanctimonialium in Coremberg de novo dicatur esse fundatum nec ipsis proprie subpetant facultates, Discrecioni vestre subplicamus et petimus quatenus nuncium exhibitorem presencium cum ad vos pervenerit elemosinas petituri, ipsum apud subditos vestros permoveatis propter deum, ut de bonis a deo collatas pias elemosinas et grata caritate subsidia erogetis ut per hec et alia bona que domino inspirante possitis ad eterne felicitatis gaudia pervenire. Datum anno domini m . cc . xcvii. In crastino Nat. beate Marie. In quorum cautelam Sigillum nostre Ecclesie duximus apponendum.

37.

1297. *Die von Hundelshausen entsagen ihren Ansprüchen auf Güter in Frauenhosbach *), die an's Kloster Cornberg verkauft sind **).*

Nos Consules de Aldendorf publice protestamur presentium per tenorem quod dominus Theodericus Plebanus noster, Albertus de Wikarsa, Ditmar de Virbach, Hermannus junior et Gunderamus fassi sunt coram nobis quod Waltherus et Henricus fratres de Hunoldeshusen bonis in Wrouwenhosbach que dominus Henricus Plebanus quondam in Hunoldeshusen, Siffridus frater suus, Berthous et Henricus fratres de Nezzelriden, Ecclesie in Korenberge vendiderunt, renunciaverunt racionabiliter atque rite. In cujus rei testimonium Sigillum nostrum huic litere est appensum. Datum anno domini m . cc . xcvii . vi. kal. Julii.

(Das alte Allendörfer Stadtsiegel hängt an.)

38.

1298. *Das Kloster Cornberg erwirbt ein Allodium in Imshausen von Gottfried von Imshausen.*

Nos, Giseler decanus majoris ecclesie Hersveldensis, Wigandus propositus in Blankenhem, Andreas prepositus

---

*) Siehe Zeitschrift für hess. Geschichte und Landeskunde. Neue Folge. I. S. 197. — **) Siehe Nr. 33.

in Mirica *), Johannes dictus Wince plebanus in Lichtenowe, Hartmodus viceplebanus in Rodenberg, Henricus viceplebanus in Breidenbach, Gerlacus et Ludowicus fratres sacerdotes in Benhusen, Wernherus de Richenbach miles, Conradus de Bomneburg, Sifridus de castro Rodenberg, Thomas de Lembach, Ludewicus dictus Wllekop, Johannes de Eschenewege, Hermannus sculthetus in Rodenberg, Echardus dictus tatze et Henricus frater ejus, Johannes de Brache, Johannes ante valvam, Henricus de Hiltwartherode, tenore presencium sub sigillo civium in Rodenberg publice recognoscimus et fatemur nos interfuisse et in testes legitimos assumptos fuisse, ubi dominus Hartlibus prepositus in Curenberg in ecclesia Rodenberg per testes ydoneos et veridicos videlicet Gerhardum plebanum in Rockensuze, Bertoldum de Gensingen, Ludewicum Burser, Bertoldum de Ymneshusen, Henricum de Abterode, legitime probavit, se allodium in ymmeshusen cum suis attinentibus ecclesie sue rite et racionabiliter emisse a Godfrido de ymneshusen et heredibus suis super quo Johannes filius ipsius Godfridi ecclesiam in Curenberg intenderat infestare et quod idem Gotfridus data fide promiserat se certam et debitam de bonis predictis, dicte ecclesie in Curenberg facere warandiam. Actum anno domini milles. cc . xcviii in crastino sancti Blasii Episcopi.

39.

Ohne Jahreszahl, wahrscheinlich vor 1296.

Hartrad von Wildenberg resignirt 2 Mansen in Solz.

Hi sunt testes super mansos in solza Henricus de rotenberc, Sifridus et frater suus et Hartradus de richenbac . C. de berlebessen . ditmarus de meckebac . Gunterus meisenbuc . lutdewicus rimpahac . Wolprac de drigenberc . Wigant bennenhusen . heckehart molendenarius . C. filius Noth°ucj . C. sigel . C. de rumerot . Hartradus de Wildeberc resignavit ii mansus in solza sorori sue et sunt hi testes et post obitum cedat super albertum filium ejus.

---

*) Kloster Heida.

40.

Ohne Jahreszahl, aber zwischen 1302 und 1312, denn 1302 erscheint noch Hartlibus als Propst und 1312 bereits Bertoldus.

Das Kloster Cornberg kauft 2 Güter in Dens.

Nos Wigandus prepositus, frater rodegerus, ceterique fratres totusque conventus ecclesie in Korenberg recognoscimus in hiis scriptis per presentes quod priorissa Lutgardis nomine de Hoensteyn et Hildegundis de dancmarhusen emerunt duo bona in dens cum promocione amicorum suorum ac cum larga licencia sui conventus et propositi . primum bonum contra albertum civem in dens et suam uxorem et suos veros heredes . pro quinque marcis usualis argenti . secundum bonum contra Lodewicum in rivo et suam uxorem cum omnibus suis heredibus pro quatuor marcis iterum usualis monete . videlicet quod singulis annis de bonis Lodewici predicti dantur ecclesie beati Martini in dens duo talenta cere in recognicionem . ut autem sciant presentes et futuri quod si una istarum duarum moritur, altera tollet ad tempora vite sue cum omni fructu, quod si ambe moriuntur tunc cedent ista bona conventui in domum infirmorum cum bona voluntate et licencia sui prepositi predicti. — Sigillo conventus et domini prepositi fecimus hanc literam communiri . Datum in die Mychael.

(Sigilla adhaerent.)

41.

1302. *Vertrag zwischen dem Kloster Cornberg und Conrad Steinhaus über Güter in Lindenau, Ditraterode und Hazichenbach *).*

Nos Hermannus de Brandenvels recognoscimus tenore presencium litterarum nostro sigillo in testimonium et evidenciam pleniorem appenso, publice profitendo, quod lis et controversia habita de bonis in Lindenowe, in Ditrarade et Hazichenbach, que quondam dominus Hartlibus prepositus, priorissa et Conventus in Corenberg apud Conradum Steinenhus et Ailheidim suam uxorem empcionis titulo comparavit libere et solute taliter est sopita, quod

*) Vergl. Nr. 27.

ipse prepositus et conventus jam dicto Conrado et Ailheidi ejus uxori quatuor marcas usualis argenti addiderunt et ipsi conjuncta manu cum unanimi consensu et voluntate ipsorum heredum, prefata bona cum omni utilitate et proventu eorundem denuo resignaverunt, abrenunciantes omni actioni seu juri quod in eisdem bonis in posterum competere ipsis posset. Cujus rei testes sunt . Dominus Theodericus portarius Hersfeldensis . dominus Heinricus Rufus monachus sancti Petri . Dominus Henricus viceplebanus in Olfena . dictus Tatze . Dominus Hartlibus consanguineus prefati prepositi . Conradus et Hermannus fratres de Bomeneburg milites . Fridericus de Colmach . Bertoldus Aschrot . Hermannus Craz . Johannes Lichberg et quamplures alii fide digni. Datum et actum in Corenberg anno domini m . ccc . secundo kal. Maji.

(adhaeret sigillum Hermanni de Brandenvels.)

42.

1303. *Heinrich von Hanstein und Bodo von Boyneburg verzichten zu Gunsten des Klosters Cornberg auf 1 Hufe zu Elrichsüss.*

Nos Heynricus miles de Hoynstein dictus de Bomneburg, Reynhardus et Heynricus filii sui, Bodo de Bomneburg et sui heredes, ad universorum noticiam volumus pervenire presencium et futurorum, quod controversia que inter nos ex una fuit et dominum prepositum ac dominas sanctimonialium in Cornberg ex altera super manso sito in villa Elrichsuze amice est concordata, ita quod nos libere, voluntarie, simpliciter, absolute, et sine dolo ac simulacione renunciavimus, et presentibus renunciamus dicte actioni – et omni juri quod nobis et heredibus nostris super dicte manso competere videbatur, et si jus hereditarium, aut aliud jus quodcunque fuisset, seu quocunque nomine, verbo aut vocabulo esset nominatum, aut fuisset, habuissemus quod proprietati indigeret, ex nunc ipsum mansum ipsi cenobio prenotato appropriavimus et appropriamus simpliciter in hiis scriptis. Testes amice ordinacionis sunt Conradus de Bomneburg miles, et Johannes de monte funeris *) senior. Testes renunciacionis sunt Johannes

*) Leichberg bei Eschwege.

predictus, Conradus Eyngelberti, Conradus ruphus, Johannes Petri, Petrus frater suus ac alii plures fide digni. In hujus certi [sic] rei evidenciam, nos Heynricus et Bodo predicti — nostra sigilla duximus presentibus apponenda. Datum anno domini m . ccc . tercio feria sexta post Epiphaniam domini.

(Das Siegel Bodos mit dem Boyneburgischen quadrirten Wappen hängt an).

43.

1304. *Conrad von Boyneburg verkauft dem Kloster Cornberg sein halbes Dorf Rautenhausen.*

Ne ea que aguntur in tempore simul labantur cum tempore — Hinc est quod nos Conradus de Bomneburc dictus Heymmeradi — recognoscimus — quod de bono consensu — dilecte nostre collateralis — conventui sanctimonialium in Kerenberch mediam partem ville Ruthenhusen tam in nemore quam pratis campis pascuis ac omni alio jure utilitate pariter et honore quo nos et nostri heredes possedimus — vendidimus pro . vii . marcis rite et racionabiliter. — Nostro et Civitatis Eschenwegensis sigillis presentem litteram fecimus communiri. Datum anno domini m . ccc . iiii . v. kal. Februarii.

(Das Siegel der Boyneburgischen Burgmannschaft hängt an.)

44.

1304. *Landgraf Heinrich von Hessen giebt dem Kloster Cornberg das Dorf Rautenhausen und 2 Mansen in Danherode.*

Nos Heinricus dei gracia Lantgravius Terre Hassie dominus et Methildis uxor ejus conjugalis — recognoscimus per presentes protestando publice in eisdem, quod universorum heredum nostrorum libera — — sanctimonialibus monasterii seu Cenobii in Cornberg, villam Rudenshusen, assignamus et legamus — seu debito jurisdictionis, et servitutis, liberam et solutam, et duos mansos in Danckenrode — ut exinde nostri memoria in presenti et nostri anniversarii in futuro solempnitas perpetuo observetur. — Nostra sigilla presentibus sunt appensa. Testes

nostri hujus facti sunt frater Lodewicus de franckenberg, ordinis beati francisci confessor, frater Cunradus ordinis ejusdem, Magister Johannes, — Hartmannus caplanus nostrorum, Hermannus de Brandenvels, Heynricus de orf, Wernerus de Gudenburg, et Hermannus de Bonneburg, Milites ac alii quam plures. Actum et datum Cassele, per manum Magistri Reynheri de Heyligenstad prothonotarii nostri. In festo assumpcionis beate Marie virginis gloriose anno domini mill. ccc . quarto.

(Angehängt sind: 1. das grosse Reitersiegel des Landgrafen mit Umschrift und in dorso der hessische Löwe im Herzschild mit der Umschrift: et filii nate sancte Elizabet; 2. das grosse Reitersiegel der Landgräfin und in dorso der hessische Löwe im Herzschild; 3. das landgräfliche Siegel mit dem hessischen Löwen im runden Schilde.)

45.

1307. *Bertha von Imshausen entsagt zu Gunsten des Klosters Cornberg dem Allod zu Imshausen.*

Ego Heinricus plebanus in Hoenberg . Cunradus advocatus ibidem dictus de Linden . Wigandus Scezcelere . Wigandus Wstal*) . Wigandus cellerarius . Bertoldus Bohemus . Hermannus de Hesenrot . Heinricus in monte . Gotfridus monachus . Halbertus de rotenmanne . Wigandus store consules in Hoenberg recognoscimus — quod Berta quondam filia Gotfridi de ymeshusen coram nobis abrenunciavit omni juri quod quondam habuit in quodam allodio sito in prefata villa Imeshusen et quod illud allodium benivole resignavit claustro in Korenberg. — Sigillo nostre civitatis Hoenberg — Datum anno domini m . ccc . vii.

(Angehängt ist das Siegel der Stadt Homberg: dreieckter Schild mit dem hessischen Löwen.)

46.

1308. *Die Aebtissin zu Eschwege appropriirt dem Kloster Cornberg eine Mühle und Gefälle zu Hornel, welche Heinrich von Hoenstein ratione advocatiae zu Lehn besass.*

Nos Gerdrudis dei gracia Abbatissa montis sancti Cyriaci in Eschenewege totusque Conventus ibidem —

*) oder wscal.

recognoscimus — quod honorabili viro domino proposito totoque Collegio sanctimonialium in Korenberch unum molendinum in Harnalle, duos solidos, tres pullos, aucam et dimidiam sexagenam ovorum in uno manso ibidem jure proprietario dedimus, ita quod perpetuo possidebunt . quod molendinum et censum predictum Heinricus dictus de Honstein, miles, racione advocacie, a nobis et nostra ecclesia jure feudi possedit, et predictis Claustralibus de bona voluntate et libero consensu omnium suorum heredum libere resignavit. Testes hujus facti sunt Heinricus valancgo, Sifridus suus filius, Conradus Engelberti, Otto Muri — — et plures. — Actum et datum anno domini m . ccc . viii . xvii. kalendas aprilis.

47.

1309. *Die Aebtissin zu Eschwege freiet dem Kloster Cornberg eine Mühle zu Berneburg und appropriirt demselben Zinsen.*

Wir Gerdrut von gots gnaden Eptisschen des berges sancti Ciriaci zcu Echszwege vnd der gantcz Covent bekennen vor vns vnd alle vnse nachkommen eptiszchen, das vor vns komen sint die Andechtigen vnd geistlichen hern der propst vnd priore Costerin vnd Sichmeisterin des Closters korenberg vnd haben bekant — in geynwertigkeit des Erbarn Raides der Statt Echeszwe mit namen Heinricus von suntra Henricus Stange Conradus von dymeroide alle des raides, das der probst vom korenberge — gekoufft habe die niddermollen gelegen zcu Berneborgk mit aller lehenschafft czinzen vnd durste heubt *) von den Erbern vnd vesten Bertolden von Nezelriden Gerdruden siner elichen wirtin . vor czehen margk . Szo das vnse gnedige frouwe adder ir nachkomme keyns mit der molin zcu schigke haben. Also haben vns die Andechtigen probst vnd prioriszchen gebeden vmb gots willen das wir en ir mollen wullen frygen vnd nicht czinszhafftig adder diensthafftig machen. Also haben wir — Eptiszchen — dem cloister ir molle gefriget vnd vns keyn dinst addir czinse darusz zcu thun sonder der moller musz dorffrecht thun als ein andrer Innewoner dwil her sich gebruchen wil

*) d. i. theuerste Haupt.

wassers vnd molens. Der Erbar rait hat further gereth, die Czinse die dy Erbar frauwe Gerdrut voitin *) Reynhart vnd Heinrich **) gegeben haben von eym Hauffen ackers gelegen zcu bernborgk in der feltmargk, die czinse sal man den Jungfr. zcum korenberge getruwelich laissen folgen vnd in keyn vorboit legen vnd sunderlich die czinse zcu Harnail Czwen schillinge dry Hüner ein gans ein halb geschöck eyger von der molweszen doselbis. Dieselbin czinse hait Heinrich von Hensteyn Ritter mit rechter lehenschafft besessen von vnsserm berge sancti Ciriaci vnd hait die czinze fry mit gudem willen aller siner erben vffgegeben der Cloistern Jungfrauwen zcum korenberge vnd wir — Gerdrut Eptiszchen bekrefftigen vnd bestedigen dem probst vnd den Jungfrauwen zcum korenberge alle briffe die sie von vns haben vnd von der Ritterschafft mit diesem geynwertigen — Wo man von vns erfert — das disser — briff geswecht addir gekrengket wurde Szo soln wir vnd vnse nachkomen — dem kloister zcum korenberge verfallen sin mit — funffczig gulden. 1309 uff den xvii. tag aprilis.

(Angehängt ist das Conventsiegel des Eschweger Cyriaxstifts. Siegel der Stadt Eschwege abgefallen.)

48.

1309. *Das Kloster Cornberg kauft Gilfershausen.*

Nos Symon dei gracia Hersfeldensis Ecclesie abbas Recognoscimus per presentes . quod Ludewicus de Gylvershusen armiger allodium suum in villa et campis ibidem in Gylvershusen quod a nostra ecclesia feodaliter obtinebat justa vendicione vendidit devotis in Christo Wygando proposito et Sanctimonialibus Cenobii nostri in Correnberge. Nos super ipsam vendicionem nostrum adhibentes consensum allodium ipsum cum universis suis attinenciis pratis pascuis silvis virgultis cultis et incultis et omnibus que attinent — appropriavimus et in hiis scriptis appropriamus Cenobio in Correnberge supradicto et attribuentes ipsum idem allodium cum suis ut prediximus pertinenciis eidem cenobio jure quo possimus. — Datum xv. kal. Septembris anno domini m . ccc . Nono.

---

*) d. i advocatissa de Sontra. S. Urkunde Nr 25.
**) nämlich »von Sontra«.

49.

1310 in vigilia Galli. *Johannes Eynolphi verkauft seine Güter zu Asmushausen dem Kloster Cornberg.*

Ego Johannes dictus Eynolphi — cupio fore notum quod de consensu mee uxoris – mea bona in asmanneshusen sita cum omnibus pertinentibus – conventui sanctemonialium in Koyrenberge vendidi perpetue possidenda. Testes: advocatus dictus scerzelint. loduwicus de Berneburg. loduwicus borseri. ekehardus tazze et frater suus Hermannus.

(Augehängt ist das Siegel der Stadt Rotenburg.)

50.

1310 in die petri ad vincula. *Hermann Scherzeling übergiebt dem Kloster Cornberg auf 5 Jahre seine Güter in Hasela.*

Ego Hermannus dictus Scherzeling una cum — heredibus — recognosco — quod domino Wigando proposito necnon conventui sanctemonialium in Korenberge bona mea jacentia – in Hasela cum omnibus redditibus et pertinenciis — dedi ad quinque annos in festo Michahelis proximo — in utilitatem eorum. — Testes sunt Sifridus de Rotenberg miles. Thomas de Leimbach. Ludewicus dictus fullekopfh et alii — nec non Scabini in Rotenberg. Sigillum civitatis Rotenberg est appensum.

51.

1310. *Die von Boyneburg geben dem Kloster Cornberg 12 Acker in Hübenthal.*

Nos Conradus et Ludewicus filius fratris nostri Her. beate memorie dicti de Boemeneburch — recognoscimus — quod Claustro in Koerenberche — nos Conradus septem agros et ego Lodewicus quinque agros sitos in Campo Hibetal — jure proprietario — cum filie patrui nostri Conradi dicti de Hornesberch *) dedimus — ita quod Conventus in Korenberch et Curia in Hibental predictos agros possidebunt — quia predictus Conradus nobis — pro recompensione — bona alia assignavit — et quod sepe-

*) Ein Wort wie essent fehlt.

dictus Conradus filius Hembradi dicti de Hornesberch beate memorie tres agros ibiidem in Hibetal sitos — ad suam filiam dedit — et Conventui — resignavit. Testes — dominus Wigandus propositus in Koerenberch, Heinricus clericus dictus de Nacza, Renhardus dictus de Honstein, Heinricus dictus de Valken, frater Rudegerus de Hasbach, Albertus Herholdi et alii. Sigillo Castrensium de Bomeneburch, quia proprio caremus. Actum et datum anno domini m . ccc . x . xix. kal. Januarii.

(adhaeret sigillum.)

52.

1310. *Die Aebtissin zu Eschwege appropriirt dem Kloster Cornberg ein Lehngut Hermanns von Slutwinsdorf zu Rockensüss.*

Nos Mechildis dei gracia Abbatissa Montis sancti Cyriaci in Eschenewege totusque Conventus noster presencium litterarum in serie recognoscimus et omnibus hanc literam visuris cupimus fore notum, quod Hermannus dictus de Slutwinsdorph Castellanus in Spancgenberch de libero consensu et bona voluntate suorum heredum domino . . proposito et Conventui sanctimonalium in Korenberch unam Curiam et duos Mansos sitos in villa et Campo Rochenzohe, cum omni jure, utilitate, pariter et honore, quo a nobis et nostra ecclesia possedit, libere resignavit et ipsis jure hereditario quo predictus Hermannus a nobis et nostra ecclesia possedit, contulimus et conferimus per presentes, volentes ipsum et Conventum predictum — secundum justiciam warandare, ita quod nobis et nostre ecclesie de eisdem bonis tres solidos et sex denarios singulis annis jure hereditario persolvere non desistant. Testes hujus facti sunt dominus Wigandus propositus ibiidem dictus de Zussen, dominus Conradus dictus Claua plebanus in Eschenewege, dominus Gotfridus et Heinricus fratres dicti de Nacza, frater Rudegerus de Hasbach, frater Conradus dictus de Suarchenberch et alii quam plures fide digni. In hujus rei fidem firmiorem presentem litteram dedimus Sigillo nostri Conventus fideliter roboratam. Actum et datum anno domini m . ccc . x . vii. kalendas Augusti.

(adhaeret sigillum ecclesie sancti Cyriaci.)

53.

1312. *Ditmar von Walburg verpfändet dem Kloster Cornberg seine Güter zu Seifertshausen und Hiltwarterode *).*

Nos Symon dei gracia Hersfeldensis Ecclesie Abbas Recognoscimus, quod Dithmarus de Walberg armiger in nostra constitutus presencia assignavit et deputavit dilectis in Christo B. preposito et Conventui sanctimonialium de Coremberge omnia bona sua in villis Sybrechshusen et Hyltwarterode ac in campis ibidem sita tamdiu percipienda donec novem marcas examinati argenti perceperint de eisdem. annona et havena vt annuatim in festo sancti Mychahelis solvitur estimandis. — Presencium testimonio litterarum nostro sigillo munitarum. Datum Hersfeld. vi. non. Julii anno domini milles. ccc . duodecimo.

(Siegel abgefallen.)

54.

1312. *Ditmar von Breitenbach stiftet ans Kloster Cornberg ein Seelgeräthe zu Schwarzenhasel.*

Nos Bertoldus prepositus . priorissa totusque Conventus tam fratrum quam etiam sanctimonialium cenobii in Korinberg recognoscimus tenore presencium litterarum quod ditmarus dictus de breitinbach nec non Hellinburgis sua collateralis dimidietatem bonorum in swarzinhasela sitorum que inquam bona apud Hermannum dictum scherzelint et suos heredes empcionis titulo comparavimus, pro quatuordecim marcis puri argenti ad tempora vite sue compararunt quorum bonorum dimidietas ad quatuordecim quartalia utriusque seminis Rotinbergensis mensure se extendit, Ita sane quod cum alter eorum ab hoc seculo migraverit tunc media pars dictorum bonorum ad infirmariam cenobii nostri in Korinberg pro remedio animarum ditmari et hellinburgis predictorum perpetuo pertinebit, residuum vero bonorum parti superstiti ad tempora vite sue cedet pacifice possidenda **) . In testimonium autem et robur predictorum presentem litteram Sigillo nostri conventus ducimus roborandam . Datum et actum anno domini m . ccc . xii . kal. marcii.

(Sigillum adhaeret.)

---

*) Wüstung bei Seifertshausen. — **) Für: —dum.

55.

1313. *Das Kloster Cornberg erwirbt Gorcheim von Bodo Trott.*

In nomine domini Amen. Ad certitudinem presencium et memoriam futurorum Nos Symon dei gracia Hersfeldensis Ecclesie Abbas recognoscimus manifeste, quod in nostra constituti presencia Botho dictus Trotte de Rotemberg una cum honesta matrona Luchardi matre sua et Gyssela uxore sua recognoverunt se justa vendicione vendidisse Dilectis in Christo Proposito et Conventui Sanctimonialium Cenobii nostri in Corembergo villulam Gorcheym a nobis feodaliter dependentem cum omni jure, jurisdictione, utilitate, commodo et honore prout ipsam a nostra dinoscuntur Ecclesia hactenus habuisse pro xxvii marcis examinati argenti ipsis utiliter persolutis . Petentes instanter quatenus ipsam vendicionem ratificare ac villulam eandem dicto Cenobio appropriare favorabiliter dignaremur . Nos itaque recepta ab ipsis ejusdem ville et omnium suorum attinencium et specialiter juris advocaticii quod ipsis venditoribus ibidem competiit sollempni et libera resignacione. Nihil que juris vel facti eisdem venditoribus ibidem reservato ipsam eandem villam cum omnibus prorsus suis appendiciis quocunque vocentur nomine appropriavimus et in hiis scriptis appropriamus nostro cenobio in Coremberge supradicto Investientes dilectum in Christo Bertoldum ibidem ad presens prepositum Sollempniter de eadem. Promiserunt quoque predicti venditores prepositum et Conventum predictos super hujusmodi venditis justicialiter warandare et impeticionem quamlibet amovere. Nec per se vel per alium aut alios ullo unquam tempore super hiis verbo vel opere aliquod litis dispendium suscitare. Promiserunt insuper iidem venditores tradere ipsis emptoribus possessionem predictorum bonorum vacuam penitus et solutam. In quorum omnium testimonium et perpetuam firmitatem presentes dedimus literas nostri appensione sigilli roboratas. Testes resignacionis et appropriacionis predictorum sunt Dilecti nobis Hermannus Decanus . Rukerus Camerarius . H. de Erlebach pincerna Ecclesie nostre . vendicionis vero Testes sunt prepositus in My'rica *) . Dithmarus plebanus in Rotemberg . frater H. monasterii de Breytenowe ad

*) Kloster Heida.

presens ibidem vicarius . Helmericus de Bombach . Bertoldus de Frankenstein . Ludewicus de Ellembach . Hermannus Scherzeling senior . Ludewicus Bůrseri et alii fide digni . Datum vii. kal. Septembris anno domini mill. ccc . xiii.

(Angehängt ist das runde Siegel des Abts: dem sitzenden Abte zur Linken und Rechten ein Stern.)

56.

1317 in crastino beati Viti. *Vertrag zwischen dem Kloster Cornberg und dem Pfarrer in Schemmern.*

Nos Andreas dei gracia Hersfeldensis ecclesie Abbas — recognoscimus — quod inter — Conradum prepositum et Conventum sanctimonialium in Kornberge ex una et Fridericum dictum Schŏbint plebanum in Schemere ex parte altera super omnibus causis litibus discordiis et debitis — compositio amicabilis — exstitit. Ita videlicet quod Fridericus plebanus — duodecim quartalia siliginis annue pensionis videlicet septem siliginis et sex avene recipienda annuatim in villa Vri^e^mannes *) sibi presentanda per Colonos ibidem tenebit et ad ejus vite tempora possidebit exceptis omnibus aliis ejusdem ville juribus que ad ipsum Cenobium in Kornberge pertinebunt — Eciam prepositus et conventus solvere debebunt plebano — sex marcas examinati argenti. Insuper idem Conventus predictum Fridericum ut eis suas impartire eo prompcius curet elemosinas receperunt in confratrem sibi participantes omnia beneficia et pia opera. — Sigillis nostro et honorabilium virorum Hermanni propositi nostri in Ordorf **) . Friderici propositi in Heyda. — Testes sunt — B. decanus . Conradus de Minzenberg Capellanus . B. Notarius noster . Ekehardus de lengefelt famulus . Guntherus kamerarius nostri fideles.

(Nur das Siegel des Ohrdrufer Propstes hängt noch an.)

57.

1317. *Vergleich zwischen dem Kloster Cornberg und den von Berneburg.*

Ego Hermannus de Berneburch una cum Alberto fratre meo omnibus Christi fidelibus hanc literam inspecturis et

*) Friemen. — **) Ohrdruf.

audituris recognoscimus profitendo quod de bonis relictis Gertrudis nostre consanguinee bone memorie scilicet in Suntra in inferiori Hasila et in Herlevelde composicionem amicábilem cum domino preposito et conventu sanctimonialium in Curenberg universis probis astantibus inivimus et inimus in presentibus promittendo, quod dictum prepositum et conventum ullatenus de cetero impedire non debemus in bonis prelibatis. Ne in predictis aliqua per subsequentes oriatur discordia sigillis dominorum de Spangenberg et universitatis oppidanorum in Spangenberg presentem literam per nostras preces ordinavimus roboratam. Datum anno domini m . ccc . xvii . in crastino beati Georgii martiris.

(Angehängt ist das Siegel Hermanni junioris de Spangenberg: das Treffurter Rad und oben in der rechten Ecke des Schilds ein Stern, und das runde Spangenberger Stadtsiegel mit der Umschrift: S. oppidanorum in Spangenberg.)

58.

1324. *Die Craz eignen dem Kloster Cornberg 3 Mansen in Hübenthal.*

In nomine domini Amen. Nos Theodricus et Hermannus fratres dicti Craz in hiis scriptis publice profitemur quod de maturo consilio et bona voluntate inhabituavimus et appropriauimus quod proprie dicitur geheygent Conventui sanctimonialium in Korenberge Tres mansos in campis curie Hybetal sitos, quos Hroldus et Ekehardus fratres dicti Rothe a nobis nomine feodi possidebant propter deum et ad instanciam et petitionem Heroldi prenotati. In cujus rei evidens testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa. Datum anno domini Millesimo Trecentesimo vicesimo iiii°. Tercia feria proxima post Epiphaniam domini. Hujus facti testes sunt Hermannus et Syffridus dicti Appe necnon Ekehardus monetarius et quamplures alii fide digni.

(Angehängt sind die beiden Craz'schen Siegel mit dem boyneburgischen Wappen und den Umschriften: S. Theoderici Craz de Bomeneburg und S. H. Craz de Bomeneburc.)

59.

1325 vii. kal. Junii. *Werner Pflugeshaupt legirt den Klöstern Cornberg, Kreuzberg, Blankenheim und Frauensee Gefälle in Hersfeld.*

Nos Hermannus Rector parochialis Ecclesie Hersfeldensis Recongnoscimus — quod — Wernherus dictus plugeshoubet civis Hersfeldensis dum in extremis laboraret — de consensu Elizabet — uxoris -- coram nobis ac Ludewico nostro Capellano — legavit —· Redditos annuos — Cunegundi filie sue existenti in Cenobio sanctimonialium in Korenberge ad vite sue tempora — deinceps Margarete filie sororis sue — post obitum dictarum puellarum ad cenobia — pro remedio sue anime — videlicet sex solidos cum dimidio denariorum Hersfeldensium de domo Gerlaci dicti Munderich et quinque solidos cum dimidio — de domo Volkeri dicti Rysen — sex solidos — de domo Henrici Lengesfelt — et todidem (sic!) de agris dicti Hilperich — quinque solidos denariorum de orto — dominabus in Korenberg — Cruceburg — Blankenheim - in Lacu *). Testes Henricus Kemerere sacerdos . Henricus Sylber . Henricus et Conradus Reinhardi cives Hersfeldenses.

(adhaeret sig. Hermanni: ein Geistlicher, darunter der boyneburgische Wappenschild.)

60.

1328 vritag vor sente Gallen vnd vor sente Lullentages. *Günther Herrewagen giebt dem Kloster Cornberg 4 Malter Gülte und 1/2 Hufe Land zu Reichensachsen.*

Wir Engelbrecht vnd Apele vleming radesmeistere, Dithmar kremer Heynrich Huter Ornolt Heczil Herbort vleming Rudolf Molhůs Gunther Smet Herman Bruharstdorf Eckehart von Rampeche Heynrich von deme langenhayn vnd Herman Slirbach dy rad der Stad zcu Eschenewege bekennen — das Gunther Horrewagen vnse burgere hat vor vns gegeben — met willen Adelheide siner elichen vrowen vnd — alle siner erben beide knechte vnd meide disse jerliche vnd ewige gulde zcwei maldir rocken vnd zcwei maldir habern die he het zcu den Sassen *) Elsebeten vnd Gerdrude sinen tochtern di he het zcu deme korenberge ruwecliche in zcu nemene — dy wile daz se beide leiben vnd da noch — der Samenunge — luterliche

---

*) Frauensee. — **) d. i. Reichensachsen.

dorch God vnd zcu eyme ewygen Seilgerete . Och het dieselbe Gunther denselben zcweyen clostervrowen sunderliche gegeben met willen siner husvrowen — sine halben hůbe dy he het al daselbes zcu den Sassen da men vone gebet alle jar zcu rechteme erbezcinse deme Prabiste zcu Germerode vier phennige vnde dem pherrere zcu Eschenewege virzcic phenninge Eschewigisser monsze — zcu besiczene — Wanne beide nicht lenger synt so sal diselbe halbe hůbe weder hinder sich trede vffe ere rechten vnd er neisten erben. — Wi — radlute — han — der burgere ingesegele von Eschenewege gehangen ane dissen brib.

(adhaeret sigillum Eschenewegense.)

61.

1331 v. kalend. Maji. *Das Kloster Cornberg verkauft der Ossane Nothowel Gefälle zu Breitau auf Lebenszeit.*

Nos Lodewicus dei gracia Hersfeldensis Ecclesie Abbas — profitemur quod — Heinricus prepositus in Cornberg suo et Conventus sui nomine se recognovit provide matrone Osanne dicte Nothoweln quinque quartalia siliginis et quinque avene de allodio in Breitowe annue pensionis — vendidisse pro decem marcis puri argenti — adjectis articulis — quod redditus — postquam dicta Osanna ab hac vita migraverit duabus consanguineis ipsius in claustro nunc existentibus debebunt ministrari et hec dominabus — in anniversario dicte Osanne equaliter distribuendo ministrabunt pro quo Conventus — ipsius Osanne anniversarium solempniter celebrabit.

(adhaerent sigilla abbatis, propositi et Conventus. Das Siegel des Propstes Heinrich: ein Engel mit dem Schwert; darunter der Boyneburgische Wappenschild.)

62.

1331 ii. kalend. Junii. *Elisabeth Pflugeshaupt legirt dem Kloster Cornberg Gefälle.*

Nos Lodewicus dei gracia Hersfeldensis Ecclesie Abbas — recognoscimus — quod coram nobis Wigandus Rorbach et Katerina uxor sua — recognoverunt se provide matrone Elizabet dicte Phlugeshoibetin — vendidisse

unum macellum — juxta forum piscium *) pro decem et novem librorum hallensium — quod Wigandus — ad tempora que vixerit — macellum possidebit eidem Elizabet — duas libras sepi que wagen wlgariter vocantur annis singulis ministrando — Elizabet vero sublata — Cunigundi filie et Margarete nepti dicte Elizabet et tunc — ad infirmariam Monasterii — in Korinberg — — Recognoscimus insuper Quod Henricus dictus munderich et Cunegundis uxor recognoverunt se Elizabet — vendidisse unam aream — in vico cerdonum opidi Hersfeldensis pro decem libris denariorum Hersfeldensium — quam Elizabet Bertoldo de Ertmoderode pro septem solidis denariorum annui census locavit — volens ut septem solidi — ad Cunegundim et Margaretam sanctimoniales et post ipsarum mortem ad infirmariam Cenobii devolvatur **).

(adhaeret sigillum abbatis.)

63.

1332 in vigilia beati Michah. archangeli. *Eberhard von Milnrode verkauft dem Propst Heinrich von Cornberg sein Allod zu Solz, wozu der Abt von Hersfeld den lehnsherrlichen Consens giebt.*

Nos Lodewicus dei gracia Hersfeldensis ecclesie Abbas profitemur — quod constitutus coram ***) Strenuus vir Ebbirhardus de Mylnrode consanguineus noster suo Hermanni fratris sui Gysleque uxoris sue legittime et heredum suorum nomine recognovit — quod allodium suum situm in terminis ville Sulza cum universis suis pertinenciis vendidit Religioso viro Heinrico advocati preposito in Cornberg eo jure quo a nobis et Ecclesia nostra hactenus in feudo dinoscitur possedisse suplicans ut ipsum allodium predicto Heinrico preposito modo premisso conferre dignaremur in manibus nostris libere resignato. Nos vero ad ipsius Ebbirhardi — instanciam sepedictum allodium Heinrico preposito — contulimus — — ad vite sue tempora — Henrico preposito sublato de medio Decanum et Conventum Ecclesie nostre Hersfeldensis et Strenuum virum Bothonem dictum Trotte et ejus heredes in dicto allodio de nostra expressa licencia Decani quoque et Conventus nostri consensu equa

---

*) Fischmarkt zu Hersfeld. — **) Für: devolvantur.
***) nobis fehlt.

particione successores sibi constituit qui pari jure in ipso allodio gaudere debebunt quod eidem Heinrico si viueret conpetiisse videretur. — Sigillum nostrum cum Sigillo conventus nostri et Bothonis predicti — presentibus est appensum.

(Angehängt ist noch das Hersfelder Conventssiegel und das Siegel Bothos mit dem Trottischen Wappen und der Umschrift: Sigill. Trotte de Bomeneburg.)

64.

1334. *Kunegunde Gerlach schenkt dem Kloster Cornberg ein Pfannentheil in Soden.*

Ego Conegundis relicta quondam Hermanni Gerlaci opidani in aldendorf — cupio fore notum quod — trado — preposito ac — priorisse nec non conventui Ecclesie sancte Marie virginis et beati Nycolai in Chorenberge . de mea quinta parte sartaginis in Soden que sita est inter sartaginem Conradi monetarii et Heynrici pfeffercornes unam sartaginem salis plenam estimacionis debite et legalis — nomine Margarete et Hanne mearum filiarum ipsis prosororibus et Conmonachis oblatam easdem Margaretam et Hannam pro porcione hereditaria contingentes annue pensionis infra octavam pentecostes — — possidendam. Ego Conegundis et mei heredes — adicimus eciam quod omnia singula jura civitatis aldendorf et ville Soden — de predicta nostra quarta parte sartaginis solvemus pro jam dicta ecclesia — Testes — sunt dominus Heymbradus prepositus in germerode . Bertoldus plebanus in Soden . Conr. flenne plebanus in Waldesa et q. pl. alii. Sigillo civitatis aldendorf . Et nos Ortho pellifex et Thi. uderhildis magistri consulum . Heynricus et Conr. fratres dicti rathart . Conr. gerlaci . thi. de Gottingen . Helwicus flenne . Her . goweleri . Johannes de Homberg *) . Gunderamus . Heynricus de Wickerdesa junior et fridericus flenne . Consules in Aldendorf — Sigillum nostre civitatis — duximus apponendum . Datum anno domini m . ccc . xxx . iiii in die Bonifacii martiris.

(Angehängt ist das Allendörfer Stadtsiegel.)

---

*) Alte Allendörfer Patricierfamilie, aus der die von Hombergk zu Kleinvach stammen.

65.

1335 xiv. kal. Octobris. *Elisabeth Pflugeshaupt stiftet ans Kloster Cornberg Gefälle zu Hersfeld.*

Nos Lodewicus dei gracia Hersfeldensis Ecclesie abbas — profitemur — quod Heinricus dictus Lengisfelde et Heinricus dictus Friling Cives nostri Hersfeldenses — recognoverunt — quod decem et septem solidos denariorum Hersfeldensium reddituum annalium, videlicet Henricus Lengisfelde junior 12 sol. den. et unum pullum de domo sua sita in vico cerdonum apud fluvium Geysa, — Henri. frilingen 5 sol. de domo sua sita undir den aldin hůtten in vico cerdonum — vendidissent Elizabete dicte phlugishoibiten, Relicte quondam Wernheri dicti Phlugishoibit — quos redditus dicta Elizabet Kunegundi filie sue et Margarete nepti sue sanctimonialibus Cenobii in Koriᵉnberg et eciam filie seu filiabus Ludewici filii dicte Elizabet, si quam vel quas idem Ludewicus in dicto Cenobio recipi procuraverit — ad vite tempora — donando deputavit ipsis vero sublatis de medio — ad infirmariam prefati Cenobii in — remedium animarum Elizabet et quondam Wernheri — Nos eciam quia domus — a nobis in feudum descendunt et ad solucionem Census qui froncins appellatur obligate dinoscuntur — consensum nostrum — adhibemus. Testes — Johannes dictus friᵉse, Hermannus de Vᵉlrode, Johannes dictus Zugeilde, Heinricus de Suarza scultetus noster.

(adhaeret sigillum abbatis.)

66.

1338 xv. kal. Marcii. *Der Propst zu Dorla beglaubigt die Abschrift von 3 Cornberger Urkunden.*

Nos Fridericus dei gracia ecclesie dorlensis propositus maguntine dyocesis literas infra scriptas vidisse — recognoscimus — (Es folgen die Urkunden Nr. 55 über Gorcheim, Nr. 48 über Gilfershausen und Nr. 15 über Imshausen) ad majorem evidenciam — ad preces — domini propositi in Corenberge. Presentibus Ditmaro in Rokensoze Johanne in Berneborg et H. sancti Wygperti in Erford plebanis, pro testibus vocatis.

67.

1339 in die beate Prisce. *Das Kloster Johannesberg bei Hersfeld verpfändet dem Kloster Cornberg den Zehnten zu Asmushausen und Sigeln *).*

Nos Lodewicus dei gracia Hersfeldensis Ecclesie abbas Totusque Conventus Monasterii montis sancti Johannis prope Hersfeldiam — profitemur, quod Decimas nostras villarum asmanshusen et Sigeln — preposito et Conventui Monasterii sanctimonialium in Korenberge, minuta decima duntaxat excepta vendidimus — pro duodecim marcis argenti puri — ad octo annos continue subsequentes colligendas percipiendas et suis usibus applicandas, Tali modo, quod — quolibet anno — solvant nobis et ad civitatem Hersfeldiam — triginta quartalia pro medietate siliginis et medietate avene mensure Hersfeldensis — quod post lapsum octo annorum easdem decimas — reemere poterimus — pro xii marcis. Ceterum si contingit nos easdem decimas alicui in antea vendere, tunc ipsi monasterio in Korenberge prae ceteris vendere volumus.

(Das Siegel des Klosters Johannesborg abgerissen, das des Abts hängt.)

68.

1339. *Die von Leimbach schenken dem Kloster Cornberg zu Seelgeräthe 1 Pfd. Rente zu Sterkelshausen.*

Nos Wernherus et Ludowicus famuli fratres de Leymbach — Recognoscimus — quod sano consilio ac matura deliberatione omnium nostrorum heredum prehabita, unam libram denariorum Hass. Sacris ac in Christo devotis monialibus cenobii in Corinberge ex nostris bonis sitis in villa Starkolzhusin et in jurisdictione ejusdem ville in salubre remedium anime Hermanni Sterzelingis pie memorie quem proch dolor nostra temerositate debitum universe carnis induximus persolvendum singulis annis perpetue percipiendam seu tollendam dolo et fraude quibuslibet hinc rejectis dedimus et presentibus assignamus . In cujus rei evidens testimonium Sigillis Ludowici de Boymbach et Bothonis Trothin militum ad preces nostras et

---

*) Wüstung bei Asmushausen.

sigillo mei Wernheri antedicti in quo ista vice frater meus Ludowicus prelibatus contentatur presentes fecimus communiri. Et nos Ludewicus et Botho milites prefati publice profitemur presentium in tenore nostra sigilla — presentibus apposuisse. Datum anno domini m . ccc . xxxix in die exaltationis sancte Crucis.

(Das Siegel Ludwigs von Baumbach mit dem von Baumbachschen Wappen im Schilde und das des Werner von Leimbach hängen noch an.)

69.

1341. *Heinrich von Bruncherode *) lässt dem Kloster Cornberg eine Hufe zu Hatzenbach **) auf.*

Ich Heinrich von Brunichenrade vnd mine rechten Erben bekennen — daz wi vflazen — zwo halbe hube di da legen zu Hazzigenbach in Dorfe vnd in felde vnd in holze deme Probeste vnd deme kofente zu deme Korinberge durch got vnd durch vnser sele willen wanne vns daz duchte daz si besser reycht hetten an deme vorgenantem gute wanne yman ***). Derre vflazunge disiz gutiz wil ich vorgenante brunichenrot . eyn reycht were sin — gezuge der Perrer zu Wichmanhusen her Tile . vnd der perrer zu kruthusen . vnd herman appe . bruder Tile von wizzenhusen und bruder kurt von hasbach vnd johan becher . zu eyme bikentenisse eynes orkundez lege wi hartrad von Mutherode †) vnd Friderich von welde vnse yngesegele an desen brif . Dirre brif ist gescrebin — noch gotiz geburten also man scribet m . ccc . in deme xxxx dez ersten jaris an dem achten tage des zweltentagez.

(Die Siegel hängen an, das des H. von Mitterode mit dem Eselskopf.)

70.

1341 in die sanctorum Martirum Abdon et Sennes. (iul. 30.) *Elisabeth Pflugeshaupt schenkt dem Kloster Cornberg Gefälle in Hersfeld.*

---

*) Wüstung bei Ulfen.
**) Wüstung zwischen Breitau und Lindenau.
***) d. i. denn Jemand anders.
†) d. i. Mitterode.

Nos Ludewicus dei gracia Hersfeldensis ecclesie abbas — recognoscimus — quod Elizabeth dicta Plůgishoubten opidana Hersfeldensis Kůnne filie sue et Grete nepoti sue claustralibus in Kůrinberge — donavit — Redditus ad tempora vite — videlicet xix solidos denariorum Hersfeldensium — de domo sua — de orto suo xiii sol. denar. — iij sol. de domo Henrici de Vrilingen, — ex tunc de predictis redditibus una libra Hallensium ad Custoriam reliqui vero ad domum infirmorum dicti Cenobii in Kůrinberge. — Hoc adjecto quod prepositus et Sanctimoniales — in Kůrinberge anniversarios dicte Elizabeth, Wernheri quondam mariti sui, Lůdewici filii sui et Ermendrudis nate sue — peragere debebunt.

(adhaeret sigillum abbatis.)

71.

1344 sabbato proximo ante diem beate Margarete virginis. *Heinrich von Hoenstein verkauft der Bertha Trott zu Cornberg seine Güter in Niederhasel.*

Ego Heinricus de Boumeneborg dictus de Honsteyn miles recognosco — quod cum consensu — heredum — vendidi Religiose ac probe domine dicte Berthen filie Strenui militis Bodonis dicti Trotthe de Rotenberg moniali seu claustrali in Korenberge nepti sue consanguinee mee — universa bona mea que habui in villa et campis ville dicte Inferioris Hassela *) videlicet unum mansum cum suis appertinenciis quem habent et colunt Conradus dictus Schade - de quibus bonis seu manso — dabunt - ipsi domine Berte — singulis annis — unum talentum hellensium duas aucas et quatuor pullos — unam postecam seu unum album panem de uno solido hellensium — duos pullos — et duo sexagena ovorum — que bona michi — sunt persoluta. — Hujus rei testes sunt Discretus vir dominus Bertoldus de Boumeneburg plebanus in Swebede et strenui viri dominus Albertus de Owe miles Heinricus et Waltherus fratres dicti de Boumeneburg famuli et prudens vir Heinricus dictus Sperysen Magister Consulum opidi Eschen. et alii. — Sigillum Heinrici militis antedicti — est appensum.

(Das Siegel mit dem Boyneburg-Honsteinschen Wappen hängt an.)

---

*) Wüstung zwischen Weissenhasel und Hornel.

72.

1345 in vigilia beati Andree apostoli. *Elisabeth Pflugeshaubt schenkt dem Kloster Cornberg weitere 6½ Schilling vom Hause Munderichs und 5½ Sch. Hersfelder Denare vom Hause Volkers genannt Rise zu Hersfeld.*

(Besiegelt vom Pfarrer Reinhard zu Hersfeld.)

73.

1347 feria iii. ante dominicam palmarum. *Dieselbe schenkt demselben Kloster weitere Gefälle in Hersfeld.*

Ich Berngoz Schultheyze zu Hersfelde bekenne — daz vor mich kumen ist Nyklawes Ortleyp Grete sin eliche wertin vnd han bekant daz vor (i. e. frau) Elsebet phlugeshoubetin vnd iren erbin geligen habe die flyschutte *) — zu rechteme erbe — daz die clâwes oder sin erben die hůtten geyn min herrin (vnd vnse herrin in dem styfte) vorsten vnd vorgeldin sullin vnd sullen daruber der vorgenanten frowen vnd kunnen ir tochter vnd gretin irme Tichtere **) zu dem korinberge wil sie lebin vnd nach vrme tode den frowen gemeyne des vorgenanten Klosters in daz Sichus ***) davon gebin alle jar ses vnd zwenzig schillinge phenninge Hersfeldscher werũnge — vnd eyne wagin vnsledes — vnd eyne wisunge †) zu wynachtin von eyme schillinge phenninge vnd zu Ostern eyn lamp ††) von eyme schillinge phenninge. — Hiebie sin gewest — Her Conrad von Cella . her Bertold Trochtmar Prister . Heinrich Scheyd . Helwig Hummelnest . Herman Brugkemulner Scheffin zu Hersfelde . Trochtmar Hubener vnd andere frume lute.

74.

1348 sabbato ante dominicam Judica. *Von derselben kommen weitere Gefälle ans Kloster Cornberg.*

Ich berngoz Schultheyze zu Hersfelde bekenne — daz vor mich kumen sint hencze keschen — Irmetrud sin wertin vnd han bekant . daz sie — sich gerichtet haben mit — Elsebete phlugeshoubet siner mume . vme

*) macellum, Fleischhütte. — **) gleich Neffe oder Nichte. ***) Siechenhaus — †) i. e. nomine revisorii! — ††) Lamm.

ir hus . also daz sie darine habin sal . die vndirste loubin vorne an dem house vnd das kemmerchin — zu irme gemache wil sie iz selber nutzen wil — wil si lebet . vnd sie sullen ir vnd iren kindin zu men korrinberge die gulde Nunzehn Schillinge phennige Hersfeldisch werunge gebe. — hie bi sin gewest Her Conrad von Celle, Her B. Trochtmar prister . Helwig Hummelnest . Heynrich Scheyd . klawes keschin . Conrad gyman.

(adhaeret sigillum.)

75.

1348 in die Prisce virginis. *Die von Rotenburg überweisen dem Kloster Cornberg Gefälle.*

Wir Cunrath vnd Otthe gebruder genant von rodinberg bekennen — daz wir sollin vnd wollin alle jar gutlich andelagin — czen virteyl kornes vnd czen virteyl habern vnd drisch penninge rodinbergisser werunge vnd czueyg hůnere — were daz des nit gezeyg *), so solde wir an alle irin czorn vnd haz pendin vf vnsime gude. — bi disin digin sint gewest — der pherrer czu rackinsuse her Johan von Berneborg Johan hartungk Herman von stochusin borger czu rodinberg.

Besiegelt von den von Rotenburg (zwei schwarze Querbalken im weissen Felde), welche die Frucht auch anfahren wollen ohne des Klosters »zaydin« **).

76.

1350 an dir hilgen mertellere tage fabiani et sebastiani. *Der Propst zu Cornberg verpfändet dem Siechhause daselbst Gefälle zu Rockensüss.*

Ich Heinric en Probest zůme kornberg bykenne — daz ich habe verkof mit myns heren von hersfelde willen der Samnunge zůme korinberg in er Seechus en phunt geldes iarliches zinses in dem dorfe zů rogensoze — vmbe zeen phunt heyscher***) phennunge. Wiederkäuflich.

(adhaeret sigillum prepositi.)

---

*) geschähe. — **) Schaden. — ***) hessischer.

77.

1350 an sente fabians vnd sente sebastians tage. *Der Abt Johann von Hersfeld giebt zu vorstehender Verpfändung seinen Consens.*

(adhaeret sig. abbatis.)

78.

1351 in vigilia marie magdalene. *Die Kil verkaufen an Bertha Trott zu Cornberg eine Korngülte zu Oberrode *).*

Wir Johans kil Lucze min bruder — bekennen — daz wir — vorkouft han — der geystlichen juncfrowen Berthen Trotten vnser niftele czu dem korinberge fůnf virteil cornez vnd haberen vff deme gute czu vbirrodde vnd gelegen ist czwischen můterode **) vnd bybera — zu eyme selegerede der vorgeschribin Juncfrawen.

(adhaeret sig. Johannis Kil: eine sog. Lilie im Schilde).

79.

1353 an deme abinde dez zcwelftin. *Das Kloster Cornberg verpfändet seiner Küsterei eine Gülte zu Hosbach.*

Wir Otte von Malkos eyn probist czume kurnberge Lisabet von Falkin eyn Prioln vnd dy samenunge gemencliehin bekennin — daz wir vorkoffit han den erbern Juncfrayn Elsin von Heyginrode vnd alheydin heroldin kustern fir firteyl rockin vmme fir marke — von deme guthe daz da erbeyt iohans sickeberg von hospagh czwei firteyl czu der kosterige vnd czwey firteyl czu geluchte vf das slafhůs. — Wiederkäuflich.

80.

1356 sabbato post festum beati Michahelis. *Johannes Tuto verpfändet dem Kloster Cornberg eine Fruchtgülte.*

---

*) Wüstung zwischen Bebra und Asmushausen.
**) Wüstung zwischen Bebra und Asmushausen.

Wir Otte von Malkus Probist Lisabet von falken priorin vnd der gancze Convent des clostirs czume kornberge bekennen — daz Johans Tute von Harnal friderune sin Eliche wirthin — verkouft han — der geistlichen Juncfrowen anganesen schedin eyn firteil kornes vnd eyn Sceffel habirn vmme czwo marg an irme Erbe czu Haspach daz sy von vnseme godishuse han. — Wiederkäuflich.

81.

1356 in vigilia assumptionis beate marie virginis. *Die von Baumbach geben dem Kloster Cornberg 1 Pfund Heller zu Iba.*

